factoq3 puncto.a.centro ꝺm ipſius quantitatem deſcribatur circulus.b.d.e.intra quē per primam huius coaptetur linea.b.d.equalis linee.a.c.et producantur due linee.d.a.d.c.dico triāgulū.a.b.d.eē q̄lis ꝓponit̄: circūſcribat̄ circul⁹ q̄ ſit d.c.a. per.5.huius triangulo.d.c.a.quia ergo linea.d.b.eſt equalis .linea.a.c.erit quod fit ex.a .b. in.b.c .equale quadrato linee. b.d. quare per vltimam tertii. b.d. linea eſt contingens circulum.d.c.a.ꝛ per.31.eiuſdem angulus.c. d.b. eſt equalis angulo.c.a.d.poſito ergo cōmuni angulo.c.d.a.erit totus angulus.b.d.a. equa/ lis duobus angulis.c.a.d.c.d.a.ſed per.32.primi angulus.b.c.d.eſt eq̄lis eiſdē quia extrinſecus ad ipſos.ergo angulus.b.d.a.eſt equalis angulo.b.c.d.ꝛ q3 an/ gulus.a.d.b.eſt equalis angulo.a.b.d.per.5.primi:eo ꝙ latera.a.d.ꝛ.a.b.ſūt e/ qualia.erit angulus.b.c.d. eq̄lis angulo.c.b.d.ergo per.6.primi: linea.c.d.eſt e / qualis linee.b.d.quare ꝛ linee.c.a.ergo per.5.primi:angulus.c.a.d.eſt equalis an gulo.c.d.a.quia ergo vterq3 angulo3 c.d.b.ꝛ.c.d.a.ē eq̄lis āgulo.c.a.d. erit tot⁹ angul⁹.b.d.a.ꝺupl⁹ ad āgulū.d.a.b.ꝛ iō angul⁹.a.b.d.ſibi eq̄lis.ꝺupl⁹eſt etiā ad angulū.b.a.d.qō eſt ꝓpoſitū. ¶ Forſan dicet aduerſarius circulū.d.c.a.circūſcri ptum trigono partiali ſecare circulum.b.d.e in aliquo puncto arcus.b.d.ita ꝙ ſi/ mul ſecabit lineam.b.d.vnde ipſa non erit circulo applicata.ſicut in demonſtra/ tione ſupponitur. ſed ipſum ſecans. Sit ergo ſi poſſibile eſt vt ponit aduerſarius ꝛ a puncto.b.ducatur ad ipſum circulum minorem contingens.b.f.ꝛ ducantur li/ nee.f.a.f.d.eritq3 per penultimā tertii qō fit ex.a.b.in.b.c.equale quadrato .b.f. ergo.b.f.eſt equalis.b.d.quare per.5.primi angulus.b.f.d.eſt equalis angulo .b. d.f.ꝛ quia per.31.tertii angulus.b.f.a.eſt equalis angulo.a.d.f.erit angulus .b.d f.maior angulo.a.d.f.quod eſt impoſſibile.cum ipſe ſit pars eius. ¶ Aliter poſſu/ mus iſtud refellere ꝛ oſtendere ꝙ ille minor circulus nullo modo ſecabit linea. b.d forſan enim diceret ꝙ ſecaret eam non ſecando arcum.d.b.maioris circuli. Si enī poſſibile eſt ꝙ ſecet eam.ſit hoc in puncto.b.eritq3 qō fit ex.a.b.in. b.c. equale ei quod fit ex.d.b.in.b.b. Monſtratum eſt enim ſupra penultimā tertii ꝙ ſi ab ali/ quo puncto extra circulum ſignato quotlibet linee ſecantes ad circulum ducantur que ſub totis ꝛ earum portionibus extrinſecis continentur.equalia ſunt adinuicē: ꝛ quia quod fit ex.a.b.in.b.c.eſt equale quadrato.b.d.erit qō fit ex. d.b. in.b.b. equale quadrato.d.b.quod eſt impoſſibile per ſcōam ſcōi:quare cōſtat ꝓpoſitum ¶ Et nota ꝙ minor circulus neceſſario ſecabit maiorē ꝛ abſcindet ab eo arcū vnū equalem arcui.b.d.ꝛ maior abſcindet ſimiliter ab eodem vnum arcum equalē ar/ cui.d.c. Quōd ſic probat̄.ſi enim minor non ſecat maiorem.contingit ergo ipſum in puncto.d.ꝛ quia per.11.tertii circulorum ſe contingentium centra.ꝛ punct⁹ con tactus ſunt in linea vna.erit centrū minoris circuli in linea.a.d.propter hoc ꝙ in ea eſt centrum maioris ꝛ punctus contactus.ergo per.17.tertii angulus.a.d.b.eſt rectus quare ſimiliter ꝛ angulus.a.b.d.ſibi eq̄lis ē rectus qō ē impoſſibile.per.32. primi:Secet ergo ipſum in punctis.e.d.dico arcum.e.d.maioris eſſe equalē arcui. d.b.ꝛ arcum.e.d.minoris eſſe equalem arcui.d.c.produco lineas. d.e.c.e.ꝛ. e.a. eritq3 per.26.tertii vnuſquiſq3 quatuor angulorum qui ſunt.d.e.c.ꝛ.e.a.d.a. c.et a.d.c.equalis alii propter id ꝙ duo arc⁹.d.e.ꝛ.e.a. ſūt eq̄les.p.27. eiuſdē q̄re to talis angul⁹.a.e.d.ꝺupl⁹ ē ad angulū.b.a.d.ꝛ iō eq̄lis vtriq3 angulorum .a.b.d. ꝛ.a.d.b.ꝛ q3 angul⁹.a.e.d.ē eq̄lis angulo.a.d.c.p.5.primi: ꝓpter id qō.a. e.ꝛ.a d.ſunt equales a cētro ad circūferentiam.erūt duo anguli.e.ꝛ.d.trianguli. a.e.d.



equales duobus angulis.d.z.b.trianguli.a.d.b.ergo per.32.primi: reliquus angulus.a.vnius est equalis reliquo angulo.a.alterius:ergo per.25.tertii arcus .c.d maioris est equalis arcui.d.b.z per eandē arcus.e.d.minoris est equalis arcui.d.c.z hoc est quod proposuimus.




## Propositio .11.

Intra datum circulum equilaterum.atq; equiangulū penthagonum describere.

Sit datus circulus.a.b.c. volo intra ipsum describere penthagonum vnū equilaterū atq; equiangulū. designo triangulū vnū qualez premissa proponit.qui sit.2.cui aliuz equiangulum intra datū circulum describo.sicut docet secūda huius:qui sit.a.b.c.sitq; vterq; angulorum .a.b.c z.a.c.b. duplus ad angulum.c.a.b. vtrūq; eorum diuido per equalia ductis lineis b.e.z.c.d. eruntq; per.25.tertii.5.arcus in quos.5.puncta.a.d.b.c.e. diuidūt circulum adinuicē equales.propter id qđ quinq; anguli qui in dictos arcus cadunt sunt adinuicem eqles.continuatis igitur illis quinq; pūctis per lineas rectas que sunt.a.d.d.b.b.c.c.e.e.z.e.a.erit penthagonus.a.d.b.c.e. inscriptus dato circulo qualis proponitur:est enim equilaterus per.28.tertii cū.5.arc9:quoz eius quinq; latera sunt corde:sint ad inuicem equales:z etiam equiangulus per.26.eiusdem eo q; quinq; arcus.d.a.c.a.c.c.e.c.b.c.b.d.z.b.d.a. in quos anguli ipsius penthagoni cadunt sunt adinuicem equales:sicq; constat propositum.




## Propositio .12.

Circa propositum circulum pēthagonum equilaterū atq; equiangulum designare.

Sit propositus circulus.a.b.c.cuius centrū.f. volo circa ipsuz designare penthagonū equilaterez atq; equiangulum. supra circumferentiam ipsius circuli quasi fm doctrinam premisse sibi inscripsissem pēthagonum quinq; puncta angularia notabo.que sunt.a.d.b.c.e.ad que cētra ducam lineas.f.a.f.d.f.b.f.c.f.e.z ab eisdem punctis educam perpendiculares ad istas lineas in vtranq; partem quousq; concurrant in punctis.g.b.k.l.m. eruntq; hee linee contingentes circulum per corelarium.15.tertii:z ad ista pūcta concursus ducam a centro lineas.f.g.f.b.f.k.f.l.f.m. Et quia monstratum est super penultimā tertii q; si ab aliquo puncto extra circuluz signato due linee contingentes ad ipsū circulum ducant q; ipse erunt equales. erit linea.g. a.equalis linee.g.d.z b.d.b.b.z sic de ceteris. At qm̄ quinq; arcus i quos quinq; puncta.a.d.b.c.e. diuidunt circulum.sunt adinuicem equales.erunt per.26.tertii quinq; anguli.a.f.d d.f.b.b.f.c.c.f.c.e.f.a. consistentes super hos arcus in centro.f.sibi inuicem equales. Sunt autem duo latera.a.g.z.f.a.trianguli.f.g.a. equalia duobus lateribus d.g.z.f.d.trianguli.f.g.d.z latus g.f.cōmune.ergo p.8.primi:duo anguli eorū q̄ sunt.a.d.f. Itēq; duo anguli qui sunt.a.d.g.sunt adinuicem equales. eadē rōne duo anguli qui sunt.a.d.f.in triangulis.d.f.b.z.b.f.b. Itemq; duo qui sunt .a.d b.sunt adinuicem equales. Similiter quoq; singuli trium reliquoz angulorū qui sunt.b.f.c.c.f.e.c.f.a.z singuli triū.qui sunt.k.l.m. diuidant̄ p equalia.primi quidem per lineam.f.k.secundi per lineā.f.l.tertii vero per lineā.f.m. z quia hii tres anguli qui sunt.b.f.e.c.f.e.c.f.a. sunt sibi inuicem equales z aliis duob9 q̄ sūt.a.f d.z.d.f.b. equales erunt eorum dimidia que sunt dece anguli facti in centro.f.ad/

inuicez equales. Quia igitur duo anguli.a.z.f.trianguli.g.a.f.sunt equales duo/bus angulis.a.z.f.trianguli.m.a.f.z latus.a.f. cõmune erit per.26.primi angul⁹ g. vnius equalis angulo.m.alterius z latus.g.a.equale lateri.a.m.eadem ratiõe erit angulus.g.m triangulo.g.f.d.equalis angulo.b.in triangulo.d.f.b.z latus.g d.equale lateri.d.b.quare quia.g.a.est dimidiũ.g.m.z.g.d.dimidiũ.g.b.z.g.a.z g.d.sunt equalia:erunt per cõem scientiã.g.m.z.g.b.eorũ dupla equalia.Simili/ter quoq; ꝓbabim⁹.g.m.esse eqnale.m.l z.m.l.l.k.z.l.k.k.b.quare pẽthagon⁹.g b.k.l.m.est equilaterus.sed z equiangulus: cuz enĩ duo anguli qui sunt ad.g.sunt adinuicem equa es. z duo qui sunt ad .m.siliter adinuicem equales. z.g. partia/lis.sit equalis.m.ptiali.vtrũq; enĩ ꝓbatũ est prius.erit per eandẽ cõem scientiã g.totalis equalis.m.totali.z eadem rõne ꝓbabis equalitatem in ceteris angulis: quare est equiangulus.sicq; constat ꝓpositum.

## ¶Propositio .13.




¶Intra equilaterũ atq; equiangulum penthagonum assi gnatum.circulũ describere.

¶Sit assignatus penthagonus equilaterus atq; equiangulus:quia de aliis nõ est necessariũ hoc esse possibile.a.b.c.d.volo sibi iscribe re circulũ.hec est quasi cõuersa.11.duos eius ꝓpiquos angulos qui sunt.a.z.c.diuido per equalia ductis lineis.a.f.z.e.f.donec cõcurrãt in pũcto.f.i tra ipsum penthagonum quẽ dico esse centrum circuli: cõcurrent enim propter id quod dimidiũ totalis anguli.a.z similiter totalis anguli.c.minus ẽ angulo recto. ¶Si enim intra penthagonum non cõcurrẽt.aut extra ipsum pentbagonum aut in latere pẽthagoni.aut in eius angulo:qui vtriq; angulorũ diuersoꝝ opponitur. Concurrãt ꝑ primo extra in pũcto.f.z ducatur linea.b.f.z quia duo latera. c.a.et a.f.trianguli.e.a.f.sũt equalia duobus lateribus.b.a.z.a.f.trianguli .b.a.f.z an gulus.a.vnius angulo.a.alterius erit per.4.primi basis.e.f.equalis basi. f.b. z q; angulus.a.partialis ẽ equalis angulo.e.partiali.propter id qõ.a.totalis.e. totali erit per.6.primi.f.a.equalis.f.e.quare.f.a. est equalis.f.b. ergo per.5.primi duo anguli.b.totalis.z.a.ptialis sunt eq̃les.quare.a.ptialis ẽ eq̃lis vl̃ maior.a. totali qõ est impossibile.Concurrãt ergo in pũcto.f.super latus.b.c .critq; arguendo p premissas z premisso modo angulus.a.ptialis equalis angulo .a.totali quod est impossibile.Quod si forsan concurrant in angulo.c.erit per easdez z eodẽ modo c.b.equalis.c.a.z ideo ad huc ut prius angulus.a.partialis equalis angulo .a.to tali.Qõ q; hoc ẽe nõ potest sit ergo punctus concursus qui ẽ.f.infra penthagonũ a quo duco.5.perpendiculares ad eius.5.latera.que sint.f.g.f.b.f.k.f.l.f.m .z ad duos eius angulos ꝓpinquos altrinsecus angulis per equalia diuisis qui sunt .b. z.d.duco lineas.f.b.f.d.z quia duo anguli.a.z.m.trianguli.a.f. m. sunt equales duobus angulis.a.z.g.trianguli.a.f.g.z latus.a.f. cõmune erit per.26.primi.f. m.equalis.f.g.per eandem quoq; probabis.f.l.equalem.f.m.sumptis duob⁹ tri/angulis.z.f.m.z.e.f.l.quia iterum duo latera.a.f.z.a.b.trianguli.a.f. b.sũt equa lia duobus lateribus.a.f.z.a.e.trianguli.a.f.e.z angulus.a.vnius.angulo.a:al/terius erit per.4.primi angulus.b.partialis equalis angulo.e. partiali. z quia.b. totalis equalis est.e.totali:z.e.totalis diuisus est per equalia erit etiam.b.totalis diuisus per equalia. ¶Eodem modo probabis.d.totalẽ diuisum per eq̃lia ꝓpter equalitatem.d.partialis z.a.partialis sumptis triangulis.e.a.f.z. e.d.f. q; ergo




duo anguli.g.z.b.trianguli.g.f.b.ſunt equales duobus angulis.b.z.b. trianguli b.f.b.z latus.f.b.cõe erit per.26.primi.f.b.equalis.f.g. ¶Eodem modo ꝓbabis f.k.equalem.f.l.ſumptis triangulis.l.f.d.k.f.d.qm igitur .5.linee.f.g.f.b.f.k.f.l. z.f.m.ſunt equales.erit.f.centruz circuli.per .9.tertij .quẽ deſcribemus ꝟm quãtitatem vnius earum.z tanget omnia latera penthagoni.ꝓpter equalitatem linearũ. z nullum eorum ſecabit per primam ptem.15.tertij.ſicqz cõſtat ꝓpoſitum.

## Propoſitio .14.

Circa datum penthagonum qõ ſit equilaterum. atqz equiangulum circulum deſcribere.

¶Sit vt prius datus penthagonus equilaterus atqz equiangulus. quia de alijs non eſt neceſſariũ hoc eſſe poſſibile.a.b.c.d.e. volo circa ipſum deſcribere circuluz.hec eſt quaſi conuerſa.12.Duos eius ꝑ pinquos angulos qui ſunt.a.z.c.diuido ꝑ equalia ductis lineis.a.f.z.f.e. quouſqz concurrant intra ipſum penthagonũ in puncto.f.cõcurrent enĩ z intra pẽthagonum vt ꝓbatum eſt in premiſſa.z a puncto cõcurſus duco ad reliquos angulos lineas que ſint.f.b.f.c.f.d.z qz duo latera.a.f.z.a.b.trianguli.a.f.b.ſunt equalia duobus lateribus.a.f.z.a.e.trianguli.a.f.e.z angulus.a.vnius angulo. a. alteri9 erit p.4.primi.f.a.equalis.f.e.z angulus.b.ptialis angulo.e.ptiali.z quia.b.totalis eſt equalis.a.totali.z.e.totalis diuiſus eſt ꝑ equalia.erit ſimiliter.b. totalis diuiſus ꝑ equalia.hoc quoqz modo ꝓbabis vtrũqz angulorz.c.z.d.diuiſum eſſe per equalia.z.5.lineas.f.a.f.b.f.c.f.d.f.c.eſſe equales.quare p.9.tertij.f.erit centruz circuli.ſicqz patet ꝓpoſitum.




## Propoſitio .15.

Intra propoſitum circulum.exagonum equilaterum atqz equiangulum deſcribere. ¶Ex hoc itaqz manifeſtum eſt ꝙ latus exagoni equũ eſt dimidio diametri circuli cui inſcribitur.

¶Sit ꝓpoſitus circulus.a.b.c.d.cuius centrum. e. volo ſibi inſcribere exagonum equilaterz atqz equiangulũ. ꝓduco diametrum.a.e.c.z ꝟm quantitatem ſemidiametri.e.c.facto centro puncto.c.deſcribo circulum.e.b.d. ſecantem priorẽ in duobus punctis.b.d.a quibus ꝓduco duas diametros in circulo primo que ſint.b.e.g.d.e.f.trium ergo diametrorz extremitates coniungo.6.lineas que ſunt.a.f.f.b.b.c.c.d.d.g.z.g.a.quas dico continere exagonum queſitum.erit enĩ vt demonſtrat prima primi vterqz triangulorz.b.e.c.c.e.d. equilaterus. quare et equiangulus p.5.eiuſdẽ ergo p.32.primi duo anguli.b.e.c.z.c.e.d.cũ vno equali vni eorum ſunt equales duobus rectis ꝓpter id qõ quiſqz torz ẽ tertia duorum rectorum.ſed ipſi p.13.eiuſdẽ cũ angulo.d.e.g.ſunt equales duobus rectis.ergo angulus.d.e.g.e equalis vtriqz eorz.quare p.15.eiuſdẽ. 6.anguli.qui ſunt ad.e.ſunt adinuicẽ equales.ergo p.25.tertij arcus in quos cadũt ſunt equales.quare z corũ corde p.28.eiuſdẽ qui ſũt latera ipſi9 exagoni.Equilater9 igitur ẽ ſed z equiangul9 p.26.tertij ꝓpter id qõ ſex arcus in quos angularia puncta exagoni diuidũt circulũ bini z bini ſũpti ſũt adinuicẽ equales.vt arc9.a.f.b.arcui.f.b.c.z iõ angulus.f qui cõſiſtit in ꝑmo ẽ eqlis angulo.b.qui cõſiſtit i ſcõo. idẽ in ceteris .quare cõſtat ꝓpoſitum. ¶Corelarium ex hoc patet ꝙ dimidiũ diametri z latus exagoni ſunt



latera eiusdem trianguli equilateri. vt.e.c.⁊.c.b.⁊.c.d. ¶ Et nota ꝙ non propo/nitur circa propositum circulum exagonum equilaterum atq; equiangulum desi/gnare. Nec intra talem exagonum aut circa talem circulum describere. quēadmo/dum fecit de triangulo quadrato ⁊ penthagono. non qꝛ non sit necessariū hoc cē possibile. sed quia hec tria per eadem precepta fiunt in penthagono equilatero et equiangulo. ⁊ in omni figura equilatera. atq; equiangula quecunq; fuerit. Unde quamcūq; figurā equilaterā ⁊ equiangulā scimus circulo inscribere: eandē circulo extra. ⁊ circulū sibi intra ⁊ extra: hisdem medijs per que hec in penthagono fecimꝰ describemus. ¶ Nota etiam ꝙ omnis figura equilatera circulo inscripta. aut cir/cūscripta est etiā necessario equiangula. de inscripta patet per. 27. ⁊. 26. tertij sum ptis arcubus circuli. quibus latera inscripte figure corde sūt binis ⁊ binis. In hos eni arcus ipsius figure anguli cadunt. De circūscripta autē ductis a circuli centro lineis ad omnes eius angulos. ⁊ ad loca cōtactus facile probabis. si plene intelle/cte demonstrationi. 13. huius diligēs intellectus accesserit. erit eni vt omnes ipsiꝰ figure angulos linee a centro venientes ꝑ equalia diuidāt. sumptis itaq; quibusli bet duobus eius ꝓximis lateribus cū linea ad angulū ab eis contentum. ⁊ cū duo bus ad eorū extremitates a centro venientibus duos triangulos ab eis cōtentos equiangulos adinuicē. ꝑ. 4. primi esse ꝓbabis. Sicq; faciendo de omnibus patebit eos esse equiangulos ꝑ hanc cōmunē sciam quoꝝ dimidia sūt equalia. tota quoq; esse equalia.

## Propositio. 16.




Intra datuz circulum. quindecagonum equilaterum atq; equiangulū designare. ¶ Deinde circa quēlibet circulū assignatuz quindecagonum equilaterum atq; equiangu lum atq; intra datum quindecagonuz circulū describere ¶ Sit datus circulus. a. b. c. volo sibi inscribere quindecagonū equi laterum ⁊ equiangulum. denide etiam circūscribere atq; intra talem quindecago/num ꝓpositum circulum describere. Non ꝓponit autem circa talem quindecago/num circulū describere. quia hoc satis dat intelligere ꝑ alia que ꝓponit. In dato circulo iuxta doctrinā secunde huius. ꝓtraho latus trianguli equilateri. ꝙ sit. a. c ⁊ iuxta doctrinā scdi latus penthagoni equilateri atq; equianguli qđ sit. a. b. Et quia arcus. a. c. est totius circūferentie tertia: cuius arcus. a. b. est quinta. erit sup/fluum inter eos qđ est arcus. b. c. due tertie: arcus. a. b. vel due quinte arcus. a. c. si ue due quintedecime totius circūferētie Nam in omni toto excedit tertia quintā. in duabus tertijs ipsius quinte. vel in duabus quintis ipsius tertie. siue in duabꝰ quintis decimis totius. hoc eni patet in quinta ⁊ tertia p̄mi numeri habētis quin tam ⁊ tertiam qui est. 15. eius enim tertia que est. 5. excedit eius quintam que ē tria in duabus vnitatibus que sunt due tertie ipsius ternarij qui ē quinta. vl̄ due quin te ipsius quinarij qui est tertia siue due quintedecime ipsius. 15. qui est totū. diui/so igitur arcu. b. c. per equalia. in. d. patet v̄trumq; duorum arcuum. c. d. ⁊. d. b. esse tertiam arcus. a. b. vl̄ quintam arcus. a. c. siue quintādecimā totius circumfe/rentie. subtensis igitur eis cordis. c. d. ⁊. d. b. coaptatisq; continue intra datum cir culum sibi equalibus per primam huius complebitur figura proposita. ¶ Cetera vero duo que proponit cū tertio ꝙ dat intelligere videlicet quindecagonū circulo

circumscribere ac circulum quindecagono inscribere ac etiam circumscribere ex. 12. 13. 7. 14. huius plene intellectis facile perficies. ¶ Et nota ꝙ quamcunqꝫ figuram equilateram circulo scimus inscribere duplo plurium laterum circulo scimus inscribere ꝛ circūscribere. ꝛ ipsi circulum. diuisis eni arcubus quibus latera eius q̄ scitur inscribi subtenditur, per equalia ꝛ a punctis medijs ad extremitates laterū ipsius figure ductis lineis fiet intra circulum figura duplo plurium laterum que erit equi latera per. 28. tertij. ergo ꝛ equiangula. hoc enim demonstratū est supra. 15. huius ꝙ omnis figura equilatera circulo inscripta est etiam equiangula. Et quia hāc cir/culo scimus inscribere sciemus cetera tria per. 12. 13. 7. 14. huius. ¶ Quia igitur scimus inscribere triangulum equilaterum: sciemus per hoc ꝛ exagonum ꝛ per exa/gonū duodecagonū ac per undecagonuꝫ figuram. 24. laterum. ꝛ sic in infinitum duplando. Et licet per triangulum possit vt diximus inscribi exagonus. posuit ta/men huius propriā demonstrationē ex qua sequitur potissima pervtile. Et simili/ter quia scimus ꝛ inscribere quadratum sciemus per hoc inscribere omnem figurā cuius laterum numerus est pariter par. per pentbagonum quoqꝫ sciemus decago num. ꝛ figurā. 20. laterum. sicqꝫ continue duplando. idem quoqꝫ intellige de quin/decagono. per ipsum enim scientur figure. 30. 7. 60. ꝛ omnium continue duplatoꝝ laterum. ¶ Ceterarum autem figurarum de quibus ista non docet. vel que ꝑ has nō habenť difficilis est scientia. ꝛ parū vtilis. vt sunt eptagona nonagena undeca/gona. Qō si scirem⁹ triangulū duū equaliū laterū designare. cuius vterqꝫ angulo rum ad basim triplus esset ad reliquū sciremus eptagonū vt supra pentbagonum circulo inscribere. ꝙ si vterqꝫ quadruplus esset ad reliquū sciremus nonagonū. et si quintuplus. undecagonū. Idemqꝫ in ceteris figuris imparium laterum. posito vtroqꝫ angulorꝫ ad basim multiplici ad reliquū. per eum numerum qui est media/tas. maximi paris sub impari numero laterum ipsius figure contenti.




DAtū angulū in tria equa dividere. Sit angulus dat⁹. c. volo ipsū dividere in tres eq̄les angulos qō sic facio. pono p̄mo. c. centrū circuli describendo circu lū q̄litercūqꝫ cōtingat. ꝛ ꝓtrabo latera cōtinentia datū angulū vsqꝫ quo secēt cir/cūferentiā in punctis. a. ꝛ. b. tunc a puncto. c. qō est centrū circuli duco lineā. c. d. perpendicularit̄ ad lineā. c. b. ꝛ in linea. c. d. assigno punctū. e. a quo duco lineam ad equalitatē. c. b. vsqꝫ quo secet circūferentiā circuli in puncto. f. ꝛ ꝓduco. e. vsqꝫ a. deinde ꝓtrabo lineā. g. h. equidistantē. f. a. que sc̄z. g. h. transeat per centrū. ꝛ duco lineam. f. g. equidistantē linee c. c. ꝛ ꝓtrabo lineam. c. b. incontinuū ꝛ dire/ctum vsqꝫ ad. l. que secat lineā. f. g. orthogonaliter in puncto. o. ꝛ per equalia. dico ergo ꝙ arcus. l. g. est equalis arcui. h. b. ꝓpter hoc. ꝙ angulus. l. g. c. est equalis angulo. h. c. b. cū sint contra se positi. Cum igitur arcus. f. g. sit duplus arcui. l. g. erit etiā duplus arcui. h. b. sed arcus. f. g. est equalis arcui. a. b. cū sint inter duas lineas equidistantes que sunt. f. a. ꝛ. g. b. ergo arcus. b. a. est duplus arcui. b. b. er/go ꝛ angulus. a. c. b. est duplus angulo. b. c. b. dimidam ergo angulum. a. c. b. per equalia per lineam. c. m. ꝛ patet ꝓpositum.

INtra datū circulū nonāgulū equilateꝝ atqꝫ eq̄āgulū designare. qō sic fieri po/test iuxta doctrinā scōe hui⁹. inscribā circulo assignato triangulū eq̄lateꝝ atqꝫ eq̄angulū q̄ sit. a. b. c. ꝛ vnūquēqꝫ angulorꝫ ei⁹ dividā ꝑ tria eq̄lia ꝛ ꝓtrabā lineas dividētes angulos vsqꝫ ad circūferentiā ꝛ tu nc ꝙ nouē anguli locati in circulo sūt equales de necessitate arcus suppositi ipsis angulis sunt equales. ꝓtrabā enim

cordas subtractas singulis arcubus z habebo intentum. Explicit liber quartus incipit liber quintus.

## Diffinitio .1.



Pars est quantitas quantitatis minor maioris cum minor maiorem numeret.

¶ Pars quãdoqꝫ sumitur proprie: z hec est q̃ aliquotiens sumpta suum totum precise constituit: sine diminutione vel augmento: z dicitur suum totum numerare per illum numerum ꝺm quẽ sumitur ad ipsi⁹ totius constitutionẽ: talem autem partem quã multiplicatiuã dicimus hic diffinit. ¶ Quãdoqꝫ sumitur cõmuniter z hec est quelibet quantitas minor q̃ quotienscũqꝫ sũpta suo toto min⁹ aut maius constituit. quã aggregatiuã dicimus: eo ꝙ cum alia quantitate diuersa totum suũ cõstituat: p se aũt quotienscũqꝫ sumpta fuerit non producat.

## Diffinitio .2.

Multiplex est maior minoris quando eaꝫ minor metitur.

¶ Pars relatiue dicitur ad totuꝫ: z in istis duobus extremis consistit eorũꝫ adinuicẽ relatio: z ideo diffinito minori extremo diffinit hic maius: vocat autẽꝫ ipsum multiplex propter hoc ꝙ minus ipsũ aliquotiens sumptuꝫ constituat: erunt igitur relatiue dicta adinuicẽ: pars z multiplex. Nã omnis pars submultiplex: vt patet per eius diffinitionẽ.

## Diffinitio .3.

Proportio est duarum quantecunqꝫ sint eiusdem generis quantitatum certa alterius ad alteram habitudo.

¶ Proportio est habitudo duarum rerum eiusdem generis adinuicem in eo ꝙ earuꝫ altera maior aut minor: est reliqua vel sibi equalis. Non enim soluꝫ in quantitatibus reperitur proportio. sed i põderibus: potentijs et sonis. In ponderibus quidẽ z potẽtijs vult plato i thimeo esse proportionẽ: vbi elementorum numerũ ostendit: in sonis autem esse proportionem liquet ex musica. Nam vt vult Boecius in quarto si quilibet neruus in duas inequales partes diuidatur. erit ipsaruꝫ partiũ suorumqꝫ sonoꝝ: eadem cõuerso modo proportio. Sꝫ in quibuscunqꝫ proportio reperitur: ea participant naturã ꝓprietatẽqꝫ quãtitatis: nõ enim reperitur in aliquibus rebus duabus nisi in eo ꝙ earum vna est reliqua maior aut minor. aut sibi equalis. ¶ Quantitatis autem ꝓprium est ꝺm ipsam equale vel inequale dici. vt vult Aristo. in predicamẽtis. vnde liquet ꝓportionẽ primo in quantitate reperiri. z per ipsam in omnibus alijs Nec esse in aliquib⁹ rebus proportionẽ cui similis nõ sit in aliquibus quantitatib⁹ ꝓpter qõ bene dixit euclides ꝓportionẽ simpliciter esse in quantitate cum eã diffiniuit per habitudinem duarũ quantitatũ eiusdem generis adinuicem: ¶ Cui⁹ diffinitionis intellectus ẽ: ꝙ proportio ẽ habitudo duarum quantitatum adinuicem que attenditur in eo ꝙ vna earum est maior aut minor alia vel sibi equalis: p qõ patet ꝙ oportet eas esse eiusdem generis: vt duos numeros: aut duas lineas: aut duas superficies: aut duo corpa: aut duo loca: aut duo tempora. Non enim ꝓtest

dici linea maior aut minor superficie. aut corpe nec tempus loco. sed linea. linea ꝛ superficies superficie. Sola enim vniuoca compabilia sunt. ¶Qō autem dicit certa habitudo non sic intelligas quasi nota vel scita. sed quasi determinata: ut sit sensus. Proportio est determinata habitudo duarū quantitatum: ita inquā determinata ꝙ hec ꝛ non alia. Non enim est necessarium vt omnis habitudo duarū quantitatum sit scita a nobis: nec etiā a natura. ¶Nam proportio quedam est discreta/ toꝝ vt numeroꝝ. quedā aūt continuoꝝ. In numeris autē minor ē pars aut partes maiores vt demonstratur in septimo: quare ꝛ in eis omnibus est habitudo certa ꝛ nota. ¶At vero in continuis est proportio magis larga: est enim i eis vbi minor quantitas est pars: aut ptes maioris: ꝛ talium omnium mediantibus numeris ē proportio nota: que ꝛ rationalis dicit̄. Dicuntur ꝙ omnes tales quantitates cōmunicantes: quia eas vna ꝛ eadē necessario metitur. vnde ꝛ omnes numeri sūt cōmunicantes. omnes enī ipsos metitur vnitas. Est etiam vbi minor non ē pars. aut partes maioris ꝛ in talibus nō est nota proportio. nec nobis nec nature. Dicitur ꝙ hec proportio irrōnalis: ꝛ hee quātitates incōmunicantes: vnde fit: ut quecunq; proportio reperitur in numeris reperiat̄ in omni genere continuoꝝ: vt in lineis superficiebus coꝛporibus ꝛ temporib⁹: nō autem econuerso: infinite enī sunt proportiones in continuis reperte: quas numerorum natura nō sustinet. Sꝫ quecunq; proportio reperitur in vno genere continuoꝝ eadem reperitur i oibus alijs. Nam qualitercunq; se habet aliqua linea ad quālibet aliam: sic se habet quelibet superficies ad aliquā aliā. ꝛ quodlibet corpus ad aliqō aliud: similiter ꝛ tempus. sed non sic qulibet numerus ad aliquē aliū: vnde magis ē larga ꝓportio in continuis. ꝙꝫ in discretis Exquo manifestum est proportionē geometricam esse maioris abstractionis: ꝙꝫ proportionem arismeticam: omnis enī proportio circa quā arismetica versatur rōnalis est: geometria vero rōnales ꝛ irrōnales eq̄liter considerat.




## Diffinitio .4.

Proportionalitas est similitudo proportionum.

¶Vt si dicamus ꝙ que est proportio. a. ad. b. ea est etiam. c. ad. d. proportio que est inter. a. ꝛ. b. similis est illi que est inter. c. ꝛ. d. hec autem silitudo que ex istis ꝓportionibus resultat dicit̄ ꝓportiōalitas

## Diffinitio .5.

Quantitates que dicuntur continuam habere proportionalitatem: sunt quarum eque multiplicia: aut equa sūt: aut eque sibi sine interruptiōe addunt aut minuunt.

¶Supposita diuisione proportionalitatis ꝙ cōtinuā ꝛ discōtinuam diffinit mēbra dividentia. ꝛ primo cōtinuā imo vt verius dicā: supposita diuisione proportionalium ꝙ continue ꝓportionalia ꝛ incōtinue: diffinit nō cōtinuā ꝓportionalitatē: nec incōtinuam: sed cōtinue ꝓportionalia ꝛ incontinue. diffinitio autem continue ꝓportionalitatis ꝛ incōtinue satis patet per diffinitionē cōtinue ꝓportionalium ꝛ incontinue. ¶Cōtinua aūt ꝓportionalitas ē cū quotlibet quātitatū einsdē generis in qua ꝓportiōe prima antecedit secūdam in eadē quelibet aliaꝝ antecedit ꝓximo cōsequentē. vt cū dicimus sicut se habet. a. ad. b. ita. b ad. c. ꝛ. c. ad. d. eritq; quelibet earum antecedens ꝛ consequens: excepta prima que est solū antecedens: ꝛ vltima que est tm̄ cōsequens. Et in hac proportionalitate necesse est omnes quantitates esse einsdem generis propter cōtinuationē propoꝛ/



tionū co q̄ nō ſit ꝓportio inter quantitates generum diuerſoꝝ: ⁊ hec erit ad minꝰ in tribus terminis conſtituta. ¶ Incōtinua autem eſt cū quatuoꝛ quantitatū ſiue omnes fuerint eiuſdē generis ſiue due prime vnius ⁊ due poſtreme alterius: i qua proportione prima antecedit ſcōam in eadē tertia antecedit quartā: vt cū dicimus ſicut ſe habet. a. ad. b. ita. c. ad. d. eritq; earum quelibet: aut tm̄ antecedēs aut tm̄ conſequens: nec eſt neceſſe vt ſint omnes quatuoꝛ eiuſdē generis ſicut erat in ꝓpoꝛtionalitate cōtinua: eo q̄ cōſequēs prime proportionis nō cōtinuaꝫ anteceden ti ſcōe: ſed poſſibile eſt vt ſint eiuſdē generis: ⁊ poſſibile eſt vt ſint diuerſoꝝ. Sicut eni contingit lineā repiri duplam ad lineam aut triplam: ita ſuperficiem ad ſuper/ ficiē: ⁊ corpus ad corpus: ⁊ tēpus ad tempus: ⁊ numerus ad numeꝝ. ¶ Viſo quid ſit continua ꝓportionalitas. ⁊ quid incōtinua explanemus diffinitionē continue ꝓportionaliū premiſſam. Quantitates inquit proportionales cōtinue ſunt quaꝝ cū multiplicia aut ſibi ſunt eq̄lia: aut eq̄ ſibi ſine iterruptione addūt: aut minuūt verbi gratia. Sint tres quātitates eiuſdē generis. a. b. c. ad quas ſumanꝫ. d. e. f. cū multiplicia: vt ſicut. d. eſt multiplex ad. a. ita. e. ſit multiplex ad. b ⁊ f. ad. c. crūtq; omnes in eodē genere. Multiplicia eni ⁊ ſubmultiplicia in eodē ſunt genere: ſitq; vt. d. e. f. aut ſint equalia adinuicē: aut ſil'r ſe habeant in addendo aut minuendo ita q̄ ſicut. d. addit ſuper. e. aut minuit ab ipſo: ita. e. addat ſup. f. aut minuat ab ipſo. Cū hec inquā multiplicia ſic ſe habuerint erūt tres quātitates. a. b. c. cōtinue ꝓpoꝛtionales. Multiplicia autē nō intelligas ſil'r ſic ſe habere in addēdo aut mi/ nuendo quantū ad quantitatē exceſſus: ſed quantū ad proportionē: aliter eni diſ/ finitio eſſet falſa. Nam quarūlibet quantitatū eiuſdē generis equis ſe differentijs excedentium eque multiplicia accepta equis etiā differentijs ſe excedūt: vnde ſil'r ſe habent in addendo ⁊ minuendo quantū ad quātitatem exceſſus. Nec tamē prio/ res qnātitates ſūt cōtinue proportionales: imo minoꝝ eſt ſemꝑ maioꝛ proportio. hoc autē ideo euenit qm̄ eaꝝ multiplicia nō ſil'r ſe excedunt quātū ad proportio/ nē. ſed ſolū quantū ad quantitatē exceſſus: eſt eni ⁊ ibi in minoꝛibus multiplicibꝰ maioꝛ proportio. verbi gratia: ſumanꝫ tres numeri equis differentijs ſe exceden/ tes: immediate videlicet ariſmetice: vt. 2. 3. 4. boꝝ trium omnes eque multiplices equaliter ſe excedunt. dupli quidē binario tripli ternario. ⁊ ſic de ceteris: nō tamen ſunt. 2. 3. 4. cōtinue proportionalia: imo minoꝝ eſt maioꝛ proportio: eſt eni ipſoꝝ ꝓportio ſeſquilatera: ⁊ maioꝝ ſeſquitertia: q; ergo inter eos nō eſt ſimilitudo pro portionū. Nō erit inter eos ꝓportionalitas: ⁊ iō neq; continua neq; incontinua. patet ergo ſimilitudinē illam additionis aut diminutionis nō intelligi quantū ad quantitatem exceſſus: ſed quantum ad proportionem: erit itaq; ſenſus diffinitio/ nis premiſſe. Continua proportionalia ſunt quarū omnia multiplicia equalia ſūt continue proportionalia: ſed noluit ipſam diffinitionez proponere ſub hac forma quia tunc diffiniret idem p̄ idem: aperte tamē rei eſt iſtud cum ſua diffinitione cō uertibile. Tres autem quantitates. a. b. c. oportet eſſe eiuſdē generis ad hoc ut ea/ rum multiplicia ſibi inuicem equalia ſint: aut ſimiliter ſe habeant in addendo aut minuendo. Si enim. a. ⁊ b. eſſent diuerſorum generum. eſſent etiā. d. ⁊ c. ipſarum a. ⁊ b. multiplicia eorūdē diuerſorum generum: propter hoc q̄ multiplicia ⁊ ſub/ multiplicia eiuſdē ſūt generis: quare. d. nō eſſet equalis. e. nec ea maioꝛ: aut mioꝛ. Nam qnantitates diuerſorum generum non ſunt adinuicem comparabiles.




Diffinitio. 6.







Quantitates que dicunt eē ꝑm ꝓportionē vnā prima ad secūdā ⁊ tertia ad quartā sunt quarū prime ⁊ tertie multiplices equales multiplicibus secūde ⁊ quarte equalibus fuerint similes vel additione vel diminutione vel equalitate eodem ordine sumpte.

¶Posita superi⁹ diffinitione quātitatū continue ꝓportionaliū. hic ponit diffinitionē incōtinue ꝓportionaliū: ⁊ ē q̄ quarūlibet. 4. quantitatū quarū prime ⁊ tertie eque multiplicia sūpta fuerint: itēq; scōe ⁊ quarte eque multiplicia: fueritq; multiplex prime sic se habens ad multiplex scōe quantū ad additionē aut diminutionē aut equalitatē: sicut multiplex tertie ad multiplex q̄rte: erit ꝓportio p̄me earū ad scōam: sicut tertie ad q̄rtā. verbi gra. Sint q̄tuor quātitates. a. b. c. d. sumanq; ad p̄mā ⁊ ad tertiā que sunt. a. ⁊. c. eq̄ multiplicia vtpote dupla: que sint. e. ⁊. f. Itēq; ad scōam ⁊ quartā que sunt. b. ⁊. d. sumāt alia eq̄ multiplicia: vtpote tripla. q̄ sint g. ⁊. h. sitq; vt hec. 4. multiplicia sic sūpta cōpata adinuicem ꝑm ordinē primarum quatuor quantitatum: ita videlicet q̄. e. cōpetur ad. g. ⁊. f. ad. b. non autē. e. ad. f. aut. g. ad. b. sint similia in additione diminutione ⁊ equalitate: videlicet q̄ si. e. addit supra. g. ⁊ silr. f. addat supra. b. aut si. e. minuit. a. g. ⁊. f. similiter minuat. ab. b aut si. e. est equalis. g. ⁊ similiter. f. sit equale. b. tunc ꝓportio. a. ad. b. est sicut. c ad. d. similitudo autem in addendo aut diminuendo intelligatur hic sicut in diffinitione cōtinue ꝓportionaliū: videlicet nō quantū ad quantitatē excessus. sed q̄ntum ad ꝓportionē. ¶Qō aūt dicit eodē ordine sumpte intelligatur sicut expositum est: videlicet vt multiplicia non referant adinuicem ꝑm ordinē earum quantitatum: quibus eque multiplicia assumunt. vt multiplex prime non referat ad multiplex tertie: aut multiplex scōe ad multiplex quarte. sed referatur ꝑm primū ordinē ipsarū. 4. quantitatum: videlicet multiplex prime ad multiplex scōe. ⁊ multiplex tertie ad multiplex quarte. ¶Erit itaq; sensus istius diffinitionis. Incōtinue ꝓportionales sunt quatuor quātitates ⁊ ꝓportio prime ad scōam ē sicut tertie ad quartam cū sumptis eque multiplicibus ad primā ⁊ tertiam. Itēq; eque multiplicibus ad scōam ⁊ quartā erit ꝓportio multiplicis prime ad multiplex scōe: sicut multiplicis tertie ad multiplex quarte: sed nō diffiniuit sub hac forma. ꝓpter cām predictā. licet a ꝑte rei idē sit. Nō ē autē necessariū ut quatuor quantitates. a. b. c. d. sint eiusdem generis: eo q̄. b. nō continuat in proportione: cum. c. sed possunt eē due prime vnius generis: ⁊ due sequentes alterius. ꝑ qō patet q̄ necesse est referri multiplex prime ad multiplex secunde: ⁊ multiplex tertie ad multiplex quarte. nō autē multiplex prime ad multiplex tertie: aut multiplex scōe ad multiplex quarte q̄ non semp sunt eiusdē generis. multiplex p̄me ⁊ tertie: nec multiplex scōe ⁊ q̄rte: fuit autē necesse sumere eq̄ multiplices ad p̄mā ⁊ tertiā: itēq; eque multiplices ad scōam ⁊ q̄rtam: ⁊ nō eque multiplices ad primā ⁊ scōam: ⁊ itē non eque ad tertiā ⁊ quartā q̄ nisi ꝑ multiplicium sūptionē cōtinuāt terminip̄me ꝓportiōis cū terminis scōe. nō erit ꝑ quid sit ꝓportio. a. ad. b. sicut. c. ad. d.

## Diffinitio .7.

Quantitates quarū ꝓportio ē vna ꝓportiōales noīantur.

¶Postquā diffiniuit quantitates continue proportionales ⁊ incontinue diffiniuit quantitates ꝓportionales simplr: et ꝑ diffinitio.

## Diffinitio .8.

Cum fuerint prime ⁊ tertie eque multiplices. Itemq3 secunde ⁊ quarte eque multiplices. addet q3 multiplex pri me super multiplicem secunde. Nō addet autē3 multiplex tertie super multiplicē quarte. dicetur prima maioris pro portionis ad scōam q3 tertia ad quartam.

¶ Diffinitis quātitatibus proportionalibus diffinit quantitates im ꝓportiōales Sūt aūt im ꝓportionales inter quas ē silitudo proportionū qō cōtigit dupliciter aut quia maior est ꝓportio p̄me ad secundā q3 tertie ad quartā: aut quia minor ⁊ ideo eius sunt due species. Prima quando maior est ꝓportio primi ad scōm q3 tertij ad quartum: ⁊ dicitur hoc maior improportionalitas. ¶ Secūda vero q̄n mi nor est proportio primi ad scōm q3 tertij ad quartū: ⁊ dicit̄ minor improportiona litas. diffinit ergo eas inter quas est maior proportio primi ad scōam q3 tertie ad quartā que est maior improportionalitas: diffinitionē aut̄ earum inter quas est minor proportio prime ad scōam q3 tertie ad quartā non ponit quia ipsa patet ex alia. ¶ Cū igit̄ fuerint .4. quantitates ad quarum p̄mam ⁊ tertiā sumpta sint eque multiplicia. ⁊ ad scōam ⁊ quartā eque multiplicia ⁊ multiplicia p̄me ⁊ scōe relata adinuicez non se habebunt similiter multiplicibus tertie ⁊ quarte relatis adinui/ cem in additione diminutione ⁊ eq̄litate: ille .4. quantitates erunt improportiona les. ¶ Qō si ita fuerit q̄ multiplex prime sit equale multiplici scōe. multiplex vero tertie sit minus multiplici quarte. Aut q̄ multiplex p̄me sit maius multiplici scōe. multiplex aūt tertie sit equale. aut minus multiplici quarte. Aut q̄ multiplex p̄me sit maius multiplici secūde: ⁊ similiter multiplex tertie multiplici quarte: verūta/ men plus excedit quātum ad proportionem non quantum ad quātitatē excessus. multiplex prime multiplex scōe q3 multiplex tertie multiplex q̄rte. Aut q̄ multiplex prime sit min⁹ multiplici scōe. ⁊ sil̄r multiplex tertie multiplici quarte. verūtū mi/ nus minuit quātū ad proportionē non quātū ad quātitatē excessus: multiplex pri me multiplici secūde: q3 multiplex tertie a multiplici quarte: erit quolibet istoꝝ .4. modoꝝ maior proportio prime ad secūdā q3 tertie ad quartā. Quatuor autē mo/ dis istis oppositis erit minor ꝓportio p̄me ad secūdā q3 tertie ad q̄rtā. Exempla aūt istoꝝ oium euidenter sumēt̄ ex numeris. Additio ꝑilla multiplicis p̄me super multiplex secūde. Non aūt multiplicis tertie sup̄ multiplex quarte: de qua loquitur auctor in diffinitione: latitudinē habet ad istos .4. modos predictos ⁊ ipsos com prehēdit. vñ sensus isti⁹ diffinitionis ē cū sūptis sit multiplicib⁹ vt proponit fue/ rit maior proportio multiplicis p̄me ad multiplex secūde q3 multiplicis tertie ad multiplex q̄rte: erit maior ꝓportio p̄me ad 3am q3 tertie ad q̄rtā: nō diffiniuit autē sub hac forma ꝓpter cōez cām p̄us dictā. Vel possum⁹ dicere q̄ additio multiplicis p̄me sup̄ multiplex secūde: ⁊ nō multiplicis tertie sup̄ multiplex q̄rte: de q̄ loquit̄ in p̄missā diffinitione maioris i ꝓportionalitatis ꝓprie accipit̄ prout verba diffini/ tionis sonāt: ⁊ nō se extēdit nisi ad scōm q̄tuor predictoꝝ modoꝝ: ꝛ reuera quo/ libet illoꝝ q̄tuor modoꝝ sit maior ꝓportio prime ad secūdā q3 tertie ad quartam vñ sensus illius diffinitionis ē cū sūptis sit multiplicib⁹ vt ꝓponit si multiplici pri me exīte maiori multiplici secūde: non sit necessariū q̄ multiplex tertie sit maius multiplici quarte: tūc erit maior ꝓportio prime ad secūdā q3 tertie ad quartam. propter hoc autem non posuit reliquos tres additionis modos in predicta diffi/ nitione: q⁹ iste est illis omnib⁹ magis plan⁹: ⁊ ad dictā diffinitionē sufficiēs. Nusq3



eni est maior proportio prime.4.quantitatū ad scdam q̄z tertie ad quartam: quin contingat aliqua eque multiplicia ad primā ⁊ tertiā repiri. Que cum relata fuerint ad aliqua eque multiplicia scde ⁊ quarte: inuenietur multiplex prime addere super multiplex scde: nō aūt multiplex tertie super multiplex quarte. Nec vsq̄z contingit hoc reperire quin sit maior proportio prime ad scdam q̄z tertie ad quartam vt demonstrabimus infra supra decimam huius. ¶ Possunt autem esse hee quātitates improportionales diuersoꝝ generum sicut ⁊ quātitates incōtinue proportionales si inter eas fuerit incōtinua improportionalitas: vt si dicatur maior est proportio a.ad.b.q̄z.c.ad.d. Si autem fuerit continua improportionalitas erūt oēs eiusdē generis necessario sicut sunt in continua proportionalitate. vt si dicatur maior est proportio.a:ad.b.q̄z.b.ad.c.

## Diffinitio .9.

Est autem proportionalitas ad minus inter tres termīos constituta.

¶ Postq̄z auctor diffiniuit ꝓportionē ꝓportionalitatē ⁊ q̄ntitates ꝓportionales ⁊ i ꝓportionales. ostēdit q̄s sit minim⁹ numer⁹ terminorū inter quos proportionalitas potest cōsistere maximū autē nō ponit: quia illum nō cōtingit sumere: potest enim proportio quelibet continuari i terminis infinitis: siue fuerit rōnalis proportio siue irrōnalis. ¶ Ad proportionalitatē aūt exigunt̄ ad minus due proportiōes sil̄es: eo ꝙ proportiōalitas sit similitudo proportionū. Quelibet aūt proportio habet antecedens ⁊ consequēs: ergo q̄libet proportionalitas habet ad minus duo antecedētia ⁊ duo consequētia: hoc ē impossibile fieri in paucioribus q̄z tribus terminis: in quibus medius eoꝝ fiet antecedēs ⁊ ꝯsequēs: ⁊ iō proportiōalitas erit ꝯtiuua: quare in trib⁹ terminis ad minus erit cōtinua proportionalitas cōstitnta. Incōtinua aūt non erit i paucioribꝰ q̄z in.4.eo ꝙ in ipsa quilibet termin⁹ ē tm̄ antecedēs: aut tm̄ ꝯn̄s: idem intellige de minori numero terminoꝝ improportionalitatis. Si enim fuerit ꝯtinua: erit ad minus inter tres terminos. Si incōtinua ad minus inter quatuor.

## Diffinitio 10.

Si fuerit tres q̄ntitates ꝯtinue ꝓportiōales dicet̄ ꝓportio prime ad tertiā. ꝓportio prime ad scdam duplicata.

¶ Diffinit proportionē q̄ ē iter extremos termīos continue proportionalitatis in trib⁹ termīs cōstitute. ⁊ dicit ꝙ si fuerit proportio primi ad scdm sicut scdi ad tertiū: erit proportio p̄mi ad tertiū sicut primi ad scdm duplicata: hoc ē ex duabus talib⁹ cōposita. siue qd̄ idē ē: erit proportio primi ad tertiū. sicut p̄mi ad scdm duplicata: hoc est in se multiplicata. verbi gr̄a. i numeris Sint.3.numeri cōtinue proportionales: sintq̄z continue dupli: vt.2.4.8 proportio primi ad tertiū erit sicut proportio p̄mi ad scdm in se multiplicata: proportio aūt p̄mi ad scdm ē dupla: dupla vero in se multiplicata: producit quadruplā: vnde proportio extremoꝝ ē quadrupla: videlicet duplū dupli: vel scdm priorē expositionem proportio extremorum est sicut proportio primi ad secundū duplicata: quia quadrupla constat ex duabus duplis.




## Diffinitio .11.

Cum fuerit q̄tuor q̄ntitates ꝯtinue ꝓportionales. ꝓportio prime ad quartā dicet̄ ꝓportio prime ad scdaz triplicata

¶ Diffinit ꝓportionē q̄ ē iter extremos termios ꝓtinue ꝓportiōalitatis ī. 4. termi nis ꝓstitute: ⁊ dicit q̄ si fuerit. 4. q̄ntitates ꝓtinue ꝓportionales erit ꝓportio p̄me ad q̄rtā sicut ꝓportio p̄me ad scōam triplicata hoc ē ex tribus talib⁹ cōpositā. qm̄ tales inueniūtur in ea: siue qō idem est: erit proportio prime ad quartam sicut pri me ad secundam triplicata. hoc est in se. postea in productum multiplicata. Verbi gratia: in numeris. Sunt quatuor numeri continue proportionales: sintq̄ cōtinue triplici. vt sint. 1. 3. 9. 27. proportio primi ad quartum erit sicut ꝓportio primi ad secundū in se postea productū multiplicata: proportio autem primi ad secūdum est tripla: tripla vero in se multiplicata ꝓducit nouplā ⁊ tripla in nouplam pro/ducit vigincuplam septuplam. erit itaq̄ proportio extremorum vigincupla septu/pla. qō est triplum tripli. Vel ꝟm priorem expositionem proportio extremorum ē sicut proportio primi ad scōm triplicata: quia vigincupla septupla constat ex tri bus triplis. Non diffinit autem proportionem extremorum continue proportio/nalitatis inter plures q̄3 quatuor terminos cōstitute: propter id q̄ dimensiones in rebus naturalibus reperte non excedunt ternariū. ¶ Denominatio autem ꝓpor/tionis duarum quantitatum quibus nullum interponitur medium habet naturaz linee. Earuz vero quibus interponitur vnū mediū in cōtinua ꝓportionalitate ha bet naturā superficiei eo qō fit ex multiplicatione denomiationis duarū primarū in se. Omne autem qō ex multiplicatione linee: in lineam ꝓducitur: naturā habet superficiei: si in se quidē quadrati: si vero in alterā parte altera longioris. Sed ꝓ/portionis earum quantitatuz denominatio quibus in cōtinua ꝓportione duo me dia interponuntur naturam habet solidi: quia prouenit ex multiplicatione deno/minationis duarum primarum primo in se. ex qua multiplicatione producitur su perficies: deinde in productum ex qua multiplicatione prouenit solidum siue cor/pus: omne ⁊ enim qō ex multiplicatione linee in superficiem producitur crescit iso lidum. ¶ Est ergo ac si diceret proportio duarum quantitatum est simplex inter/uallum: ⁊ habens naturam simplicis dimensionis ut linee: proportionalitas au/tem trium est duplex interuallum: ⁊ habens naturam duplicis dimensionis vt su/perficiei: proportionalitas aūt quatuor est triplex interuallum: ⁊ habens naturā trine dimensionis ut solidi. Et quia dimensiones vlterius non procedunt. ideo nō diffiniuit proportionem contentam inter extremos proporcionalitatis in quinq̄ terminis: aut pluribus constitute: vel non diffiniuit proportionem in his quia ea rum ꝓportio habetur ex predictis diffinitionibus. Si enim in tribus terminis ꝓ/portio extremorum cōstat ex proportione primorum duplicata: ⁊ in q̄tuor termi/nis cōstat ex eadem triplicata: i. 5. terminis constat ex eadem quadruplicata: ⁊ in sex ex cadē quicuplicata: vñ quēadmodū ī trib⁹ termis ꝓtinue ꝓportiōalib⁹ ꝓpor tio extremoꝝ ꝓtinet ꝓportionē p̄moꝝ bis. ⁊ i. 4. termis ter. sic i. 5. termis ꝓtinebit quater. ⁊ in sex quinquies. ⁊ ita deinceps. ut semp ꝓportio extremoꝝ i termis cō/tinue ꝓportionalibus totiēs cōtineat ꝓportionē p̄morum quot sunt omnes ter/mini min⁹ vno. Siliter quoq̄ si ꝓportio extremoꝝ cōtinue proportiōalitatis ī tri bus termis ꝓstitute ē ea q̄ producit ex proportōe p̄moꝝ in se semel multiplicata: ⁊ in. 4. in se bis multiplicata: in quinq̄ terminis ea que producitur ex proportione p̄morum in se ter multiplicata. ⁊ i. 6. termis quater: ⁊ sic semp ut termini fuerint duobus plures multiplicationibus: siue vt multiplicationes sint equales mediis



extremis interpositis. Et nota q̄ etiam in proportionalitate continua extremo/rum proportio producitur ex omnibus proportionib⁹ intermedijs. ¶ Ex predictis apparet q̄ proportio extremoꝝ continue proportionalitatis in tribus termis constitute denominatur a quadrato: in quatuor vero terminis constitute denomina/tur a cubo: quorum quidē quadrati ⁊ cubi latus est denominatio proportiōis pri/mi ad secundū: verbi gratia: i numeris Sint quatuor numeri continue proportiōa/les qui sint continue tripli. 3. 9. 27. 81. proportio primi ad secūdū denominatur a ternario. est enī tripla: primi vero ad tertium a nonario qui est quadratus terna/rij. nam ipsa est nocupla. At vero proportio p̄mi ad quartū denominat̄. a. 27. qui est cubus denominationis proportionis primi ad secundā videlicet ternarij. ipsa enim est vigincupla septupla. ¶ Et proportio extremoꝝ im̄proportionalitatis conti/nue in tribus terminis constitute denominatur a superficiali non quadrato: cuius latera sunt denominationes ipsarum proportionū. in quatuor vero terminis cō/stitute denominatur a solido nō cubo. cuius tria latera sunt denominationes triū proportionū: qō etiā patet in numeris. Sint quatuor numeri p̄tinue improportio/nales: qui sunt. 2. 4. 12. 48. in quibus proportio primi ad secūdū est dupla: secundi ad tertiū tripla: ⁊ ideo primi ad tertiū sexcupla: tertij vero ad q̄rtuꝫ q̄drupla: ⁊ iō p̄mi ad q̄rtū vigincuplū q̄drupla. Senari⁹ ergo qui ē denomiatio proportiōis pri/mi ad tertium est superficialis: cuius latera sunt duo ⁊ tria. qui sunt denominatio/nes duarum primarum proportionū 24. vero qui est denominatio proportionis primi ad quartum est solidus cuius latus sunt. 2. 3. ⁊. 4. qui sunt denominationes trium proportionum inter illos quatuor terminos entium.







## Diffinitio .12.




Quantitates que sunt in proportione vna. antecedens ad consequentez ⁊ antecedens ad consequentē. dicetur econtrario sicut consequens ad antecedentem. sic consequens ad antecedentē. ¶ Itemqꝫ permutatim sicut antecedens ad antecedentem sic etiam cōsequens ad consequentem. ¶ Diffinit spēs proportionalitatis que sunt. 6. videlicet cōuersa. permutata. dis/iuncta: coniuncta: euersa ⁊ equa. ¶ Sunt autē hee species quasi quidā modi argu/endi: diffinit ergo primo conuersam proportionalitatem ⁊ permutatam: in quib⁹ manent añcedentia ⁊ consequētia eadē ꝑm substantiā: qō nō ē i disiuncta: ꝓiūcta aut euersa: ⁊ in quibus nihil extra sumitur ⁊t in equa: vocat autem antecedens pri/mum extremū proportionis: consequens vero vocat secundum. ¶ Vult itaqꝫ per hanc diffinitionem q̄ si fuerit proportio. a. ad. b. sicut. c. ad. d. ⁊ ex hoc ego cōclu/dam: ergo. b. ad. a. sicut. d. ad. c. videlicet vt faciam de antecedentibus cōsequētia ⁊ de consequentibus antecedentia: qō iste modus arguendi vocetur proportiona/litas econtrario siue conuersa. Si autem sic arguam. a. ad. b. sicut. c. ad. d. ergo. a. ad. c. sicut. b. ad. d. videlicet vt ambo extrema p̄me ꝓportionis: fiant anteceden/tia: ⁊ ambo extrema secunde cōsequentia. vult q̄ iste mod⁹ arguendi vocetur pro/portionalitas permutata: ⁊ in isto modo arguendi fit antecedens secunde pro/portionis cōsequens: ⁊ cōsequens p̄me antecedens.

## Propositio. 13.

Coniuncta vero proportionaltas dicitur quotiens sicut antecedens cum consequente ad cõsequens. sic etiam antecedens cum consequente ad consequens.

¶ Diffinit coniunctam disiunctam ꝛ euersam in quibus etiam nihil extra sumitur sed termini non manent in ipsis. idem fm substantiã ꝛ vult ꝙ si ita fuerit. vt sit. a. ad. b. sicut. c. ad. d. ꝛ ego ex hoc concludam. ergo totius. a. b. ad. b. sicut totius. c. d. ad. d. ꝙ iste modus arguendi dicatur proportionalitas coniuncta.




## Propositio. 14.

Disiuncta vero proportionalitas dicitur augmẽtorum antecedentium supra consequentia equa comparatio.

¶ Vult ꝙ si fuerit proportio totius. a. b. ad. b. sicut totius. c. d. ad. d. ꝛ ex hoc ego concludam. ergo. a. ad. b. sicut. c. ad. d. ꝙ iste modus arguendi vocetur disiuncta proportionalitas.




## Propositio .15.

Uersa proportionalitas dicitur quorũlibet antecedentiũ ad augmenta sui supra cõsequentia sua similitudo proportionum.

¶ Vult ꝙ si fuerit. a. b. ad. b. sicut. c. d. ad. d. ꝛ ex hoc ego concludã ergo. a. b. ad. a. sicut. c. d. ad. c. ꝙ iste modus arguendi dicatur euersa proportionalitas.




## Propositio .16.

Qua proportionalitas dicitur quãtitatibus plurimis propositis aliisq; scõm eundem numerũ in vna proportione applicatis mediorum equali numero remoto vtrorumq; summorum similitudo proportionum.

¶ Diffinit equam proportionalitatem que ad probandum propositum ad extra sumit̃. ꝛ vult ꝙ si sumant̃ quotlibet quantitates. vt. a. b. c. itemq; totidem alie sive sint eiusdem generis cum primis. sive alterius. vt. d. e. f. fuerintq; secunde in proportiõe primaꝛ sive eodẽ ordine. vt si dicatur. a. ad. b. sicut. d. ad. e ꝛ. b. ad. c. sicut. e. ad. f. sive ordine cõverso vt si dicat̃. a. ad. b. sicut. e. ad. f. ꝛ. b. ad c. sicut. d. ad. e. ꝛ ex hoc concludatur. ergo. a. ad. c. sicut. d. ad. f. ꝙ iste modus arguendi vocetur equa proportionalitas. ¶ Horum autẽ 6. modõrum arguendi qui dicũtur species ꝓportionalitatis quatuor ꝓbat auctor in lrã infra in isto .5. Permutatam quidẽ proportionalitatem probat in. 16. huius. disiunctã vero in. 17. coniunctam in. 18. equam vero proportionalitatẽ demonstrat. in. 22. ꝛ. 23. Sed in. 22. cũ quantitates duorũ ordinũ eodẽ ordine sunt proportionales. in. 23. cũ vero sũt ꝓportionales ordine converso. Cõversam vero ꝓportionalitatẽ: aut euersã non demõstrãt eo ꝙ conuersa ꝓ ex diffinitiõe quãtitatũ icõtinue ꝓportionaliũ. Euersa aũt ꝓ ex ꝓmutata adinuicẽ. 19. vt sup eãdẽ. 19. sum9 dicturi. qual'r autẽ ꝙuersa ꝓportiõalitas ex dione quãtitatũ icõtinue ꝓportiõaliũ mãifesta sit demõstrem9 nũc. ¶ Sit ergo ꝓportio. a. ad. b. sicut. c. ad. d. volo ꝫ demõstrare qõ erit b. ad. a.






ſicut.d.ad.c.ſumatur.e.ad.a.⁊.f.ad.c.eque multiplicia.ſimiliter quoqꝫ.g. ad.b. ⁊.b.ad.d.eque multiplicia.eritqꝫ per conuerſionem diffinitionis quātitatum in/ continue ꝓportionalium. vt,e. ⁊.g. itemqꝫ.f.⁊.b.ſimiliter ſe habeant in additi one diminutione ⁊ equalitate.intelligo tunc.b.primum.a.ſecundum. d.tertium.c q̄rtū.ſūptaqꝫ ſūt ad primū ⁊ tertiū.g.⁊.b.eque multiplitia. Jtēqꝫ ad ſecūdū ⁊ q̄r/ tum.e.⁊.f.eque multiplicia ⁊ quia multiplicia primi ⁊ ſecundi que ſunt.g.⁊.e.ſimi liter ſe habent multiplicibus tertij ⁊ quarti que ſunt.b.⁊.f.adinuicem diminutiōe ⁊ equalitate.erit ꝑ dictā diffinitionem ꝓportio.b.primi.ad.a.ſecundum.ſicut.c tertij ad.d.quartum quod eſt ꝓpoſitum.Conſtat itaqꝫ modus arguendi qui di citur conuerſa ꝓportionalitas.¶Huius autē quinti libri principia plurimis dif/ ficilima eſſe videntur.⁊ quibuſdam concluſionibus quas ex ipſis demonſtrat. ma gis ab intellectu diſtantia . Nihil enim videtur intellectui imediacius adherere. q̄ꝫ ꝙ duarum quarūlibet quantitatū equalium ſit ad tertiū quālibet vna ꝓpor tio:qō tamen huius quinti ſeptima demonſtrat ex diffinitione incontinue ꝓpor tionalitatis que ab intellectu primo videtur q̄ꝫ plurimum eſſe remota .quis enim non facilius duarum quantitatum equalium ad aliqué tertiam eandem eſſe ꝓ/ portionem concedat.q̄ꝫ.4.quantitatum ſi multiplicia prime ⁊ tertie equaliter ſum pta multiplicibus ſecunde.⁊ quarte equaliter ſumptis ſimiliter ſe habuerint i ad/ ditione diminutione ⁊ equalitate eſſe ꝓportionem prime ad ſecundam.ſicut ter tie ad quartam. Verum ſi ſubtiliter intuemur liquido conſtabit nō poſſe vniri in/ tellectui ꝙ ꝓportio duarum quantitatum equalium ad tertiam ſit vna. niſi per quid eſt eſſe ꝓportionem vnam.Si enim quis ignoret quid eſt eſſe ꝓportionē vnam eandem ꝓportionem alteri .quomodo cognoſcet duarum quantitatum equalium eſſe eandem ꝓportionem ad tertiam. Jndiget igitur proculdubio in/ tellectus anteq̄ꝫ illam que videbatur conceptibilis ꝓpoſitio apprehendat huius rei que per ipſius diffinitionē habebitur cognitione.poſtmodum vtrum ea diffi/ nitio duabus quantitatibus equalibus ad tertiam comparatis cōueniat pertracta tione.qō ſi diffinitio inuenta fuerit illis quātitatibus conuenire concludetur ꝓ/ poſitum. Sin autem oppoſitum. Non eſt igitur immediata ꝓpoſitio q̄ꝫ ſuper ficialis apprehenſio immediatā iudicauit. ¶Similiter quoqꝫ imediacius iudicat prima appbenſio adherere intellectui ꝙ duarum quantitatum inequalium maior eſt ꝓportio maioris earum ad aliam q̄ꝫ minoris ad eandem quā demonſtrat.s. huius. q̄ꝫ qō.4.quātitatum ſit maior ꝓportio prime ad ſecundam q̄ꝫ tertie ad quartam.cum multiplicibus ad primam ⁊ tertiam equaliter ſumptis . Jtemqꝫ alijs ad ſecundā ⁊ quartam ⁊ equaliter multiplex prime addit ſuper multiplex ſe/ cunde.⁊ multiplex tertie non addit ſuper multiplex quarte.ex quo que ꝓdicta eſt ꝓpoſitio demonſtratur:ſed ſimiliter nec ipſa poteſt intelligi niſi per quid eſt eſſe ꝓportionē maiorem¶. Jgitur oportuit euclidem que quantitates dicuntur ꝓ portionales:⁊ que inꝓportionales diffinire. Proportionales autem ſunt qua/ rum ꝓportio vna eſt.⁊ Jmꝓportionales quaruꝫ ꝓportiones diuerſe. Jtaqꝫ diffiniuit quantitates quarum ꝓportio vna . ⁊ eas in quibus connectuntur extrema nō diſſociatis medijs quas vocauit continue proportionales.et dixit hāc ꝓportionalitatē i tribꝰ ternis ad minꝰ exiſtere.ꝓpter hoc ꝙ vnū ſaltē bis ſumēdū ē mediū.et eas ī quibꝰ accidit interruptio mediorꝫ:⁊ hec ſūt icōtinue ꝓportiōales ⁊ hec ꝓportiōalitas ad minus exigit q̄tuor ternios ꝓpter alteriꝰ medij ſūptionē

ꝛ diffiniuit etiam quantitates que ſunt inproportionales. quarum eſt maior vna proportio quã ſit alia. Et ſi eſſet omnis proportio ſcita ſiue rationalis. tunc facile eſſet intellectui cognoſcere que proportiones eſſent vna ꝛ que diuerſe. ¶ Que enĩ haberent vnam denominationem eſſent vna. que autem diuerſas diuerſe. hec autem facilitas manifeſta eſt ex ariſmetica. quoniam omnium numerorum proportio ſcita ꝛ rationalis eſt. Vnde Jordanus in ſcõo ariſmetice ſue diffiniẽs que proportiones ſunt eedem ꝛ que diuerſe. dicit eaſdem eſſe que eandẽ denominationem recipiunt. Maiorem vero que maiorem ꝛ minorem que minorem. Sed infinite ſũt proportiones irrationales. quarum denominatio ſcibilis non eſt. quare cum euclides cõſideret in hoc libro ſuo proportionalia cõmuniter nõ contrahẽdo ad rõnales vl irrõnales quoniam cõſiderat proportionem repertam in continuis que communis eſt ad iſtas. Non potuit diffinire idemptitatem proportionũ per idẽptitatem denominationũ. ſicut ariſmeticus: eo ꝙ multarum proportionum vt dictum ẽ ſunt denominationes ſimpliciter ignote. diffinitionẽ autem oportet fieri ex notis vnde malicia ꝓportionum irrõnalium coegit euclidem tales diffinitiones ponere. Quia ergo non potuit vt patet ex premiſſis diffinire proportionalitatem ſiue idemptitatem proportionum. per idemptitatem habitudinum. ſiue denominationum ipſorum terminorum propter irrationalitatem habitudinũ ꝛ in cõuenientia terminorum coactus eſt refugere ad terminoꝝ multiplicia. vt ex illorum habitudinibus quantum ad exceſſum ꝛ equalitatem conſideratis equis numeroſitatibus ſumptoꝝ per qõ ad naturam irrationalitatis reducuntur propoſitam diffinitionẽ venetur. nihil enim in quocunq; inequalitatis genere terminis magis idẽ q̃ eorum multiplicia. nec terminorum habitudinibus. q̃ multiplicium habitudo. ¶ Et quia proportio eſt duarum quãtitatũ eiuſdem generis certa habitudo. conſiderata in eo ꝙ ſunt equales aut ꝙ altera maior. ideo idemptitas proportionum entium inter primam. 4. quantitatum ad ſecundam ꝛ tertiam ad quartam eſt ſimilis equalitas prime ad ſecundam. ꝛ tertie ad quartam. aut ſimilis maioritas. aut ſimilis minoritas. hec autem ſimilis equalitas. aut ſimilis maioritas. aut ſilis minoritas. tunc eſt inter quatuor. quaſlibet quantitates cum eſt inter omnes eaꝝ equaliter multiplices. ¶ Qõ ergo dicit in quinta diffinitõe. quantitates que dicunt cõtinuam proportionalitatem habere. ꝛ cetera ac ſi diceret. omnes illas quantitates voco continue proportionales qõ eſt eas ſimiliter eſſe equales continue ꝛ ſimiliter continue eſſe maiores. ꝛ ſimiliter continue eſſe minores quarum omnes eque multiplices. aut ſibiinuicem ſunt. ſimiliter continue equales. vel ſimiliter continue maiores. vel ſimiliter continue minores quod eſt etiam ipſas multiplices eſſe cõtinue ꝓportiõales qõ ſi hoc alicubi i multiplicib⁹ diſſonat eas dico nõ eẽ cõtinue ꝓportionales. ¶ Qõ autẽ dicit in ſexta diffinitione. Quãtitates que dicũt eẽ ẽm ꝓportionẽ vnam prima ad ſcõam ꝛ tertia ad quartam. ꝛ cetera ac ſi diceret oẽs. 4. quãtitates voco icõtinue proportionales. ꝛ ſe habere primam ad ſecundam ſicut tertia ſe habet ad quartã: qõ ẽ primã ad ſcõam. ꝛ tertiam ad quartã ſimilit ſe habere in equando aut addẽdo aut minuendo. quarum omnes eque multiplices prime ꝛ tertie ad oẽs eque multiplices ſecũde ꝛ q̃rte. ſimiliter ſe habẽt aut i equãdo ãut addẽdo aut minuẽdo quod eſt etiam multiplices prime in eadem proportione ſe habere ad multiplices ſecunde. in qua multiplices tertie ſe habẽt ad multiplices quarte. quod ſi hoc alicubi diſſonat in multiplicibus. dico non eſſe proportionem

prime ad secūdā sicut tertie ad quartā.qō autē dicit in.s.diffinitione ē ac si diceret maiorē proportionem voco.4.quātitatū prime ad secundā quā tertie ad quartam quod est primā magis excedere secūdā quā tertia excedat quartā. quax aliqua ex multiplicibus prime addit super aliquam ex multiplicibus secunde: aliqua ex multiplicibus tertie sumpta secundum numerationē multiplicis prime non addente sup aliquē ex multiplicibus quarte: sumpta ꝫm numerationē multiplicis scōe. qō ē esse maiorē proportionē multiplicis prime ad multiplicē scōe. q̄ꝫ multiplicis tertie ad multiplicē quarte. ¶Diffinitiones autē istas nisi sunt aliqui demonstrare. quox ametus filius Joseph tentauit eas demōstrare in epistola sua quā de ꝓportione ⁊ proportiōalitate cōposuit.⁊ accepit tria per modū positiōis tanq̄ꝫ principia que dicit esse per se nota ⁊ ꝓbatione non indigere. ¶Quox primū est quod si fuerint.4.quātitates.quax sit proportio prime ad scōam sicut tertie ad quartam. erit ecōuerso ꝓportio scōe ad primā sicut quarte ad tertiam.⁊ hic est modus arguendi quē vocauit superius euclides conuersam proportionalitatē.⁊ errauit qm̄ dixit ꝓpositionem esse per se notā. cuius antecedens ⁊ cōsequēs sunt ignota. Ignotum ē enim quid sit esse proportionem prime quantitatis ad secūdā sicut tertie ad quartam.quare hoc ignoto posito impossibile est intelligere quid ex ipso sequatur similiter quoq; q: cōsequēs est ignotum.impossibile est intelligere quid ad ipsam antecedat. ¶Scōm principiū eius fuit: q̄ si fuerint.4.quātitates quax sit proportio prime ad scōam sicut tertie ad quartā.si prima sit maior scōa: erit tertia maior quarta.⁊ si minor minor.⁊ si equalis equalis. ¶Tertiū fuit q̄ si fuerint.4.quātitates quarum sit proportio prime ad secūdā sicut tertie ad quartā: erit primo ad qō libet multiplex secunde: sicut tertie ad eque multiplex ex multiplicibus quarte: ⁊ accidit sibi in istis duobus principijs idem peccatum qō accidebat in primo. Accepit enim i oibus ignota similr̄tā q̄ꝫ nota.quare non demonstrauit.peccauit etiā in secunda demōstratione ⁊ in tertia ⁊ in quinta.i quarū qualibet arguit ex.s.vl' ex 10. huius que probantur ex diffinitione in continue ꝓportionalitatis: Arguit enī sic si proportio a'.b.ad.c.est maior q̄ꝫ .g.ad.d.sit ergo .v.b.ꝓtis.a.b.ad.c.sicut .g. ad.d.per qō apparet ipsum supponere q̄ duax quātitatū.a.b.⁊.u. b.in equaliuꝫ relatarum ad.c.maior maiorem ⁊ minor minorem ad ipsā optinet proportionem vel q̄ quātitas ad.c. habebit minorem proportionē q̄ꝫ habeat. a.b.erit minor.a b.quorum primum demonstrat.s.huius.⁊ scōm.io Nā cū vultis sumere quātitatē que se habeat ad.c.in proportione.g.ad.d.dabo tibi maiorem aut minorem aut equalem.a.b.indifferenter sicut voluero.quare autē non demonstrat aut accidit sibi circulus ⁊ principia esse ignotiora conclusionibus.Supponēda sunt igit̄ cū euclide principia tanq̄ꝫ nota.⁊ non ipsa ex conclusionibus.sed conclusiones ex ipsis demonstrande sunt.




## Propositio .1.

Si fuerint quolibet quantitates aliax totidem eque multiplices. aut singule singulis equales necesse ē quemadmodum vna illarum ad sui cōparem.totum quoq; ex his aggregatum ad omnes illas pariter acceptas similiter se habere.

¶Sit quotlibet quātitates.que sint.a. b.c. aliarum totidem que sint.d.e.f. eque multiplices vnaqueq; ad sui cōparē.aut singule sint singulis equales.ita videlicet

q̄ sicut.a.ē mltiplex.d.ita.b.ē multiplex.e.7.c.mltiplex.f.vl si.a.ē eq̄lis.d.q̄ silit̄ b.sit eq̄le.e.7.c.eq̄lis.f.dico q̄ sicut se hab.3a.ad.d.ita se habet aggregatū ex omnibus que sunt.a.b.c.ad aggregatum ex omnibus que sunt d.e.f. ¶Qđ si singule singulis sint equales patet ꝓpositū per hanc cōmunē sciam: si equalib⁹ equalia addant̄ tota quoq3 erunt equalia. Si aut̄ sint omnes suis cōparibus eque multiplices diuisis eis ꝟm quantitatē suaꝝ submultipliciū: erit aggregatū ex prima ꝑte. a.7.prima.b.7 prima.c.equale aggregato ex.d.e.f.p predictā cōmunez sciam adiuuante hac: que eidem sunt equalia inter se sunt equalia. ¶Similiter quoq3 aggregatū ex secūdis ꝑtibus quantitatum.a.b.c.erit equale aggregato ex.d.e.f.sicq3 de ceteris: 7 q2 hoc poterit totiens fieri quotiens. d.continet̄ in.a. erit vt eq̄le aggregatū ex.d.e.f.totiés ꝑtineat̄ i aggregato ex.a.b.c.quotiés.d.continet̄ i.a.q2 ḡ quotiés.d.numerat.a.totiés aggregatū ex.d.e.f.numerat aggregatū ex.a.b.c.patet q̄ sicut.a.est multiplex ad.d. ita aggregatū ex.a.b.c.aggregati ex.d.e.f. quod ē ꝓpositum.

## Propositio .2.

SI fuerint sex quantitates.quaꝝ prima ad scōam atq3 tertia ad quartā eque multiplices.quinta vero ad secundam atq3 sexta ad quartā eque multiplices: totum prime 7 quinte ad scōam.totumq3 tertie 7 sexte ad quartam eque multiplicia esse conueniet.

¶Sint sex quantitates.a.prima.b.secunda.c.tertia.d.quarta.e. quinta.f. sexta. Sitq3 .a.7.c.eque multiplices ad.b.7.d.itēq3.e.7.f. sint eque mltiplices ad easdē dico q̄ sicut totū aggregatū ex.a.7.e.ē multiplex ad quātitatē. b. ita totū aggregatū ex.c.7.f.est multiplex ad quantitatē.d. Nam q2 numerus ꝟm quē.b.continet̄ in.a.est equalis numero.ꝟm quē.d.continetur in.c. Similiter quoq3 numerus ꝟm quē.b.continet̄ in.c.est equalis numero ꝟm quē.d.continet̄ in.f.erit per cōmunez sciaz que est: si equalibus equalia addant̄ 7 cetera. numerus ꝟm quē.b.continetur in aggregato ex.a.7.e.equalis numero ꝟm quē.d.continet̄ in aggregato ex.c. 7.f. quare sicut aggregatū ex.a.7.e.est multiplex ad.b.ita aggregatū ex.c.7.f.ē multiplex ad.d.quod est ꝓpositum.




## Propositio .3.

SI fuerint primum secundi 7 tertiuz quarti eque multiplicia: ad primum vero 7 tertium multiplices sumantur equales erunt: multiplex primi ad secūdū atq3 multiplex tertij ad quartum eque multiplicia.

¶Sit sex q̄ntitates.a.prima.b.secūda.c.tertia.d. quarta.e.quita. f.sexta. Sitq3.a.ad.b.7.c.ad.d. itēq3.e.ad.a.7.f.ad.c.eq̄ mltiplices. dico q̄ sicut e.est multiplex ad.b.ita.f.ad.d. diuidat̄ enim.e.ꝟm quantitatē.a.sui multiplicis. 7.f.ꝟm quantitatē.c.eritq3 ꝓpter equalitatē partiū.e.ad.a.7 partiū.f.ad.c. vt q̄libet ptiū.e.sit ita multiplex ad.b.sicut quelibet ptiū.f.ad.d. Quia ergo sicut prima ps.e.ē multiplex ad.b.ita prima ps.f.ē multiplex ad.d. Itēq3 sicut scōa pars.e.ē mltiplex ad.b.ita secūda.f.ad.d.ergo erit per premissā aggregatū ex duabus primis ptibus.e.ita multiplex ad.b.sicut aggregatū ex duab⁹ p̄mis ptib⁹.f.ad.d 7 q2 rursus tertia ps.e.si sit aliq̄ tertia ps ē ita mltiplex.ad.b.sicut tertia.f.ad.d.erit p cādē ut totū aggregatū ex tribus primis partibus.e.sit ita multiplex ad.b.sicut totum aggregatum ex tribus primis partibus.f.ad.d. ¶Sitq3 si plures fuerint partes.e.7.f.componendo semper sequentem cum aggregato ex prioribus concludēs



q̄ sicut.e.est multiplex ad.b.ita.f.ad.d.per premissam totiens sumptā: quot fuerint partes in.e.aut in.f.minus vna:sicq3 patet propositum.

## Propositio .4.




SI fuerit proportio primi ad secundum sicut tertii adquartum: ad primum autez et tertium eque multiplicia assignētur. Itemq3 ad secundum et quartum multiplices equales erunt assignate multiplices eodem ordine proportionales.

¶Sit proportio.a.primi ad.b.secūdū.sicut.c.tertij ad.d.quartum. Sumanťq3.e ad.a.z.f.ad.c.eque multiplicia. Itēq3.g.ad.b.z.h.ad.d.eque multiplicia :dico q̄ ꝓportio.e.ad.g.est sicut.f.ad.b.Sumam.k.ad.e.z.l.ad.f.eque multiplicia.itēq3 m.ad.g.z.n.ad.h.eque multiplicia:z quia.e.z.f.sunt eque multiplicia ad.a. z.c. itemq3.k.z.l.eque multiplicia ad .e.z.f .erunt per premissam.k.z. l.eque multiplicia ad.a.z.c.per eandem quoq3 erunt.m.z.n.eque multiplicia ad.b.z.d. quare per conuersionē diffinitionis incontinue proportionalitatis.k:ad.m.z.l. ad.n. similiter se habebunt in addendo diminuendo z equando:q3 ergo.k. z.l. sūt eque multiplicia ad.e.z.f.itemq3.m.z.n.eque multiplicia ad.g.z.h.erit per diffinitionē incontinue ꝓportionalitatis ꝓportio.e.ad.g.sicut.f.ad.h.qō est propositum:

## Propositio .5.




SI fuerint due quantitates quarum vna sit pars alterius minuaturq3 ab vtraq3 ipsarum ipsa pars erit reliquum reliquo atq3 totum toti eque multiplex.

¶Vel sic si aliquota erit reliquū reliqui tota ps quota totū toti9.Sit q̄ntitas.a.b.tota ps quantitatis.c.d.quota.e.b.ipsius.a.b.minuaturq3.a.b. ex quantitate .c.d.z sit residuum.f.c .eritq3. f.d.equalis.a.b .Similiter quoq3 minuatur.e.b.ex quantitate.a.b.sitq3 residuum e.a.dico q̄ quota pars est quantitas.a.b.quantitatis.c.d.tota est quantitas.a.e.quantitatis.c.f. cū enī f.d.sit equalis.a.b.erit.f.d.ita multiplex.e.b.sicut.c.d.est multiplex .a.b. ponam itaq3.d.g.ita multiplicem.a.e.sicut .f.d. est multiplex.e.b. eritq3 ex prima huius quantitas.f. g.ita multiplex. a.b.sicut.f.d .est multiplex. e.b. z quia sic fuit. c.d. multiplex.a.b.sicut.f.d.fuit multiplex.e.b .erit vtraq3 duarum quantitatū.c. d.f. g.eque multiplex quantitatis.a.b.quare per cōmunem scientiam.c .d.z .f.g. sunt equales adinvicem:dempta igitur ab vtraq3 earum quantitate.f.d.erit.c.f. equalis.d.g.z quia.d.g.fuit ita multiplex.a.e.sicut.f.d.e.b.z ideo sicut.a.b.e.b.quare z sicut.c.d.a.b.erit.c.f.ita multiplex.a.e.sicut tota.c.d.totius.a.b. qō est propositum.

## Propositio .6.

SI fuerint due quantitates ad alias duas eque multiplices.dueq3 minores duabus maioribus vtraq3 a sua multiplice subtrahantur.erunt duo reliqua earundē partium eque multiplicia.aut eis equalia.

¶Sint quantitates.a.b .ad.c.z.d.e.ad.f.eque multiplices :ſubtrabanturqȝ.c.ex a.b.z.f.ex.d.e.z ſint reſidua:ex a.b.quidē.a.g.ex.d.e.d.b.critqȝ.g.b.equalis.c. z.b.c.equalis.f.dico ꝙ duo reſidua.a.g.z.d.b. erunt equalia duabus quantitatibus.c.z.f.aut eis eque multiplicia.Sit ergo primo.a.g.equalis.c.dico ꝙ .d.b.eſt equalis.f.Sumam enim quantitatem.e.k.equalem.f.critqȝ per premiſſas ypotheſes vt toties.f.ſit in.b.k.quoties.c.in.a.b. quare ſicut.a.b.eſt multiplex.c.ita b.k.eſt multiplex.f.ſed ſic erat etiam.d.e.erat multiplex eiuſdem.f.erit igitur per cōem ſcientiam.b.k.equalis .d.e. dempta igitur cōmuni earum quantitate.b.e. erit.d.b.equalis.e.k.quare equalis.f.quod eſt propoſitū.¶Si autem.a.g.ſit multiplex.c.ponam vt.e.k.ſit eque multiplex.f.critqȝ vt prius vt toties.f.ſit in.b.k quotiens.c.in.a.b.Sed toties erat etiam in.d.e.erit igitur vt prius.d.e.equalis b.k.z.d.b.e.k.quare ſicut.a.g.eſt multiplex.c.ita.d.b.eſt multiplex.f.ꝙ eſt propoſitum. Aliter idem cum ꝫm eundem numerum contineat quantitas.a.b.quantitatem.c.ꝫm q̄ quantitas.d.e.quantitatē.f.demptaqȝ ab eo vnitate remaneat vnitas vel numerus ſecundum q̄.a.g.continet.c.z ꝫm q̄.d.b.continet.f.patet quantitates.a.g.z.d.b.eſſe equales aut eque multiplices quantitatibus.c.z.f.




## Propoſitio .7.

Si due quantitates equales ad quamlibet cōparentur eax ad illam erit vna proportio .itemqȝ ad illas,proportio illi⁹ vna eſt.

¶Sint due quantitates.a.b.equales.que comparentur ad quamlibet tertiaȝ vt ad.c.dico ꝙ eadem eſt proportio.a.ad.c.z.b.ad.c.itēqȝ eadem.c.ad.a.z.c.ad.b. Primum ſic probatur:cum enim.c.ſit cōſequens ad.a primam z ad.b.tertiam ipſa erit in ratione ſecunde z quarte.Sumā igitur.d.ad.a primam:z.e.ad.b.tertiam eque multiplices: z ſumam.f.quamlibet ex multiplicibus.c.que eſt ſecunda z quarta:z quia.a.z.b.quarū ſunt eque multiplices .d.z.e. poſite ſunt equales erit:vt ſi.d,diuidatur ꝫm quantitatem.a.z.e.ſecundū quantitatem.b.ꝙ partes vtrobiqȝ ſint numero z q̄ntitate equales: numero quidam per ypotheſin ꝓpter equalitatem multiplicationis vtrobiqȝ :quantitate autē per hāc cōem ſcientiam quotiens oportuerit repetitam: que eidem ſūt equalia ſibiinuicem ſunt equalia:quia igitur prima ex partibus.d.eſt equalis prime ex partibus.e. z ſecunda:ſecunde:z cetere ceteris.Suntqȝ tot partes in.d.quot ſunt in.e.erit per primam huius.d.equalis.e.quare per cōem ſcientiam: ſi due quātitates equales cō/parentur ad aliam tertiam:aut ambe quantitates.d.z.e:ſunt ſimiliter maiores.f. aut ſimiliter minores:aut ſibi equales:igitur ex diffinitione incontinue proportionalitatis:que eſt proportio.a.prime ad.c.ſecundam:cadē eſt.b.tertie ad.c.quartā qđ eſt propoſitum.¶Secundum eodē modo probabis ordine cōuerſo:vt.c.ponatur prima z tertia.a.vero ſecunda .b. quarta .Cum vero quantitas.f.que eſt eque multiplex prime z tertie ſit aut ſimiliter maior quātitatibus .d.z.e.que ſūt eque multiplices ſecunde z quarte:aut ſimiliter minor aut eis equalis:erit per eandem diffinitionem proportio.c. prime ad.a.ſecundā :ſicut.c.tertie ad.b. quartam quod eſt propoſitum ſecundum.



## Propositio .8.




SI due quantitates inequales ad vnã quantitatem proportionentur. maior quidem maiorem. minor vero minorem optinebit proportionez. illius vero ad illas ad minorem vero proportio maior ad maiorem vero minor erit.

¶Sint due quantitates inequales.a.z.b.c. sitqz maior .b.c. z proportionentur ad eandem quantitatem que sit.d.dico q̄ maior est proportio. b.c. ad.d.q̄z.a.ad.d.z q̄ econtrario maior est.d.ad.a.q̄z.d.ad .b.c. Primū sic probatur:ponam.e.b.equalem.a.z multiplicabo totiens.e.c.q̄ proueniat quantitas maior.d.sitqz.f.g.z sumam.k.f.ita multiplicem.b.e.z similiter.b.ita multiplicē. a.sicut.f.g.est multiplex.e.c.eritqz per primam huius. b.ita multiplex .a.sicut.k. g.est multiplex.b.c.erit etiam.b.equalis.k.f.propter hoc q̄ earum submultiplices que sunt.a.z.b.e.posite sunt equales:ponam quoqz q̄.b.nō sit minor.d. sed equalis:aut maior:totiens enim multiplicabo vnãquēqz trium quantitatum.c.c.b.e.z a.equaliter:q̄.f.g.multiplex.e.c.proueniat maior.d.z q̄.b.multiplex.a.nō proueniat minor eadem:deinde totiens multiplicabo.d.quod proueniat quantitas maior.b.sitqz.m.prima quātitas multipliciū.d.q̄ sit maior.b. Sub qua sumā maximam multiplicem.d.aut sibi equalem :si. m.est prima in ordine multiplicium .d. que sit.l.eritqz ut.l.non sit maior.b.z constabit.m.ex.d.[z.l. propter id qō omne multiplex constat ex proximo precedenti multiplici z simplo: vt triplum ex duplo: z simplo.excepto primo multiplici quod constat ex bis simplo.¶ Quia ergo.b.ē equalis.k.f.non erit.k.f.minor.l.itaqz.k.f.z.d.nō efficient minus q̄z.l. z.d. quare non efficient minus q̄z.m.z quia.f.g.est maior.d.erit.k.g.maior q̄z.m. ¶Intelligo igitur quantitatem.b.c.primam.d.secundam.a. tertiam.d. quartam: z q̄ ad primam z tertiam sumpta sunt eque multiplicia videlicet. k.g. z.b. Similiter quoqz ad secundam z quartam eque multiplicia:immo idem in ratione duorū qō est.m.z addit.k.g.multiplex prime super.m.multiplex secunde: non addit autem b.multiplex tertie super.m.multiplex quarte:erit per diffinitionem maioris imp/portionalitatis maior proportio.b.c.prime ad.d.secundā q̄z.a.tertie ad.d. quartam qō est primum. ¶Secundū probabis per eandem diffinitionem conuerso ōrdine:vt.d.sit prima z tertia.a.secunda.b.c.quarta:addit enim.m.multiplex prime super.b.multiplicem secunde.Non addit autem.m.multiplex tertie super.k.g. multiplicem quarte:quare maior est proportio.d.ad.a.q̄z.d.ad.b .c. quod est secundum.¶Ex huius autem demonstrationis modo patet sufficientia diffinitionis maioris improportionalitatis: q̄z posuit auctor in principio huius quinti. Nusquā enim est maior proportio prime quatuor quantitatum ad secūdam q̄z tertie ad quartam.qnin contingat aliqua eque multiplicia ad primam z tertiam reperiri:que cum relata fuerint ad aliqua eque multiplicia secunde z quarte: inuenietur multiplex prime addere super multiplex secunde. Non autem multiplex tertie super multiplex quarte:hec autem multiplicia sic reperiemus :sicut demonstrabimus infra supra.12.huius.

## Propositio .9.

SI fuerit aliquax quantitatum ad vnam quantitatem pro portio: vna ipsas esse eqles. Si vero vnius ad eas pro/portio vna ipsas equales esse necesse est.

¶Sit duarum quantitatum.a.z.b.proportio vna ad.c.dico eas eē equales.z si ecōuerso fuerit eadem proportio.c.ad vtrāqz earū:ad/huc dico eas esse equales.hec est conuersa.7. Primum sic patet.si enim non sunt equales:sed altera earum maior: vtpote.a.erit per primam partē.premisse maior proportio.a.ad.c.q̄z.b.ad.c.quod est contra ypothe. Secundum quoqz patet: qz si.a.est maior.b.erit per secundam partem premisse maior proportio.c.ad.b. q̄z ad.a.quod est etiam contra ypothesim.




## Propositio .10.

SI fuerit vni9 ad quātitatē vnā aliquā ,pportio maior quā titatem maiorem esse. Si vero vnius ad eandez proportio maior minorem esse necesse est.

¶Qđ si fuerit maior proportio.a.ad.c.q̄z.b.ad.c.dico.a.esse maiorem.b.z si fuerit maior.c.ad.b.q̄z.c.ad.a.adhuc dico.a.esse maiorē b.hec est conuersa.8.Primum patet per primam partem.7.z per primam.8.nam per primam partem septime:non erit.a.equalis.b.nec etiam minor per primam octaue.Secundum vero patet ex secundis partibus earundem.




## Propositio .11.

SI fuerint quantitatum proportiones alicui vni equales ipsas quoqz ,pportiones sibi inuicē equales eē necesse ē.

¶Proportionem hāc quā eudides in principio primi annumerauit inter cōmunes animi conceptiones:que eidē sunt equalia sibi quo/qz sunt equalia : ,put de quantitatibus intelligitur hic demonstrat prout proportionibus accomodatur.Sit ergo vtraqz duarum proportionum que sunt.a.ad.b.z.c.ad.d.equalis proportioni que est.e.ad.f.dico proportiones que sunt.a.ad.b.z.c.ad.d.sibi inuicem esse equales.Sumam enim.g.ad.a.z.b.ad.c. z.k.ad.e.eque multiplices. Itemqz.l .ad.b .z.m. ad.d.z.n.ad.f. eque multipli/ces:z quia per ypothesim proportio.e.ad.f.est sicut.a.ad.b.z similiter sicut.c. ad d.erit per conuersionem diffinitionis incontinue proportionalitatis bis sumptā si.k.addit super.n.q.g.addit super.l.z.b.super.m.z si.k.minuit ab.n.q.g.mi/nuat ab.l.z.b.ab.m.z si.k.est equalis.n.qđ.g.sit equalis.l.z.b. equalis. m. quia igitur.g.ad.l.z.b.ad.m.similiter se habent in addendo diminuendo z equando. mediantibus.k.z.n.erit per diffinitionem incontinue proportionalitatis.a .ad.b sicut.c.ad.d.quod est propositum.




## Propositio .12.

SI fuerit proportio primi ad secundum sicut tertij ad quar tum. tertij vero ad quartum maior q̄z quinti ad sextū erit proportio primi ad secundum maior q̄z quinti ad sextum.

¶Sicut in precedēti q hic demonstrat in proportionalibus conce/ptibile est in q̄ntitatibus: videz q si due q̄ntitates fuerit sibi inuicē













cq̃les quacunq; fuerit vna ea; maior eadẽ maior erit ⁊ reliqua. ¶ In proportionibus tamen hoc demonstratur: vt si sit ꝓportio.a.ad.b.sicut.c.ad.d.c.vero ad.d. sit maior q̃z.e .ad.f.erit quoq;.a.ad.b.maior q̃z.e.ad.f.Sumã enim.g.ad.a.⁊.h. ad.c.⁊.k.ad.e.eque multiplices. Itemq;.l.ad.b.⁊.m.ad.d.⁊.n.ad. f.eque multiplices:⁊ quia per ypothesim proportio.c.ad.d.est sicut.a.ad.b.⁊ maior q̃z.e.ad.f erit per conuersionem diffinitionis incontinue proportionalitatis si .h. addit sup m.⁊ .g.addat super .l.⁊ per conuersionem diffinitionis maioris improportionalitatis ꝙ non sit necesse.k.addere super.n.quia igitur mediantibus.h.⁊. m.si.g. addit super.l.nõ est necesse.k.addere super.n.erit per diffinitionem maioris improportionalitatis maior proportio.a.ad.b.q̃z.e.ad.f.quod est propositũ. ¶ Simili quoq; modo ꝓbabis ꝙ si sit.a.ad.b.sicut.c.ad.d.⁊.c.ad.d.minor q̃z.e.ad.f. erit.a.ad.b.minor q̃z.e.ad.f.cum enim sit.c.ad.d. minor q̃z .e.ad. f.erit.e. ad.f. maior q̃z.c.ad.d.per conuersionem igitur diffinitionis maioris improportionalitatis.si.k.addit super.n.non est necesse ꝙ.h.addat super. m. sed si.h. non addit super.m.g.non addit super.l.ergo si.k.addit super.n.non est necesse vt.g .addat super.n.per diffinitionẽ igitur maioris improportionalitatis maior erit proportio e.ad.f.q̃z.a.ad.b.ergo econuerso:minor erit.a.ad.b.q̃z.e.ad.f.quod ẽ ꝓpositum ¶ Ex modo autem demõstratiõis octaue hui⁹ ⁊ hac:fiet manifestũ ꝙ si fuerit prime quatuor quantitatum ad secundã maior proportio q̃z tertie ad quartam cõtinget reperire aliqua eque multiplicia prime ⁊ tertie.que cũ cõparabuntur ad aliq̃ eq̃ multiplicia secũde ⁊ quarte inuenietur multiplex prime addere sup multiplex scde. non autem multiplex tertie super multiplex quarte:qđ sic patet:Sit eniz maior proportio.a.b.ad.c.q̃z.d.ad.e.ponam ergo vt sit proportio.a.f. ad.c. sicut.d. ad.e. eritq; per hanc.12.⁊ per.10.a.f.minor.a.b.⁊ sit minor in quantitate.f.b. quã multiplicabo totiens ꝙ proueniat quãtitas maior.c.que sit.g.h.hac conditione. vt.d totiens multiplicata producat quantitatẽ non minorem.e .que sit.k .tunc ponam vt.l.g.sit ita multiplex.a.f.sicut.g.h.est multiplex.f.b.aut.k.d.eritq; per primam huius.l.h.ita multiplex.a.b.sicut.k.d.Deinde ponam ꝙ.m.sit prima quantitas multiplex.e.que sit maior.k.⁊ ponam.n.ita mnltiplicem.c.sicut. m. est multiplex e.eritq; per premissas ypotheses ⁊ conuersionem diffinitionis incontinue proportionalitatis quantitas.n .prima multiplicium.c .que erit maior .l.g. nec erit .l.g. minor.c. Sumam ergo sub.n.maximã multipliciũ.c.aut sibi equalem si forsan.n. sit prima multiplicium eius que sit.o.constabitq;.n.ex.o.⁊.c.quia ergo. l.g. non est minor.o.⁊.g.h.est maior.c.erit.l.h.maior.n.quare cum.k.sit minor.m. patet propositum. ¶ Conuersam quoq; huius demonstrare possumus. videlicet ꝙ si cõtingit reperire aliqua eque multiplicia prime ⁊ tertie:quarum multiplex prime addat super aliquod multiplex secũde:⁊ multiplex tertie non addat super multiplex quarte:maior erit proportio prime ad secundam q̃z tertie ad quartam: qđ sic probatur. Sint quatuor quãtitates.a.prima.b.secunda.c.d.tertia.e.quarta.sintq;.f. ad.a.⁊.g.ad.c.d.eque multiplicia.Similiter.h.ad.b.⁊.k.ad. e.eque multiplicia. ⁊ addat.f.super.h.non addat autem.g.super.k.dico ꝙ maior est proportio.a.ad b.q̃z.c.d.ad.e.Si eniz equalis per conuersionem diffinitionis incontinue proportionalitatis addet.g.super. k.qđ est contra ypothe. Si autẽ minor sit.c.l. ad.e. sicut.a.ad.b.eritq; per huius.10.c.l.minor.c.d.⁊ sit minor ĩ quãtitate.l.d. Ponã igitur vt.m.n.sit ita multiplex.c.l. ⁊. n.p. multiplex.l .d. sicut f. est multiplex.a.

eritq3 per primã huius.m.p.ita multiplex.c.d.sicut.f.est multiplex.a.vtraq3 igit̃ vnaꝝ quantitatum.m.p.z.g.est eque multiplex quantitatis.c.d.ergo ipse sũt eq̃les. Nam hec illatio demõstrata est in.7.huius :z quia.g.non est maior.k.nõ erit m.p.maior eadem.sed per conuersionẽ diffinitionis incõtinue ꝓportionalitatis m.n.est maior.k.eo q̃.f.est maior.b.ergo.m.n.est maior.m.p.qõ est impossibile quare relinquitur propositum.

## Propositio .13.

SI fuerint quotlibet quantitatũ ad totidem alias propor/tio vna erit quoq3 que proportio vnius ad vnam. eadem proportio harum omnuꝫ pariter acceptarum ad omnes illas pariter acceptas.

¶Qõ primo proposuit de multiplicib9:hic proponit de omnib9 pro/portionibus:vñ hec est cõmunior illa:eo q̃ omnis multiplicitas est proportio:nõ autez econuerso.Sit igitur.a.ad.b.z.c.ad.d.z.e.ad.f.vna proportio :dico q̃ que est proportio.a.ad.b.eadem est cõpositi ex.a.c.e.ad cõpositũ ex.b.d.f. Sumã.g ad.a.z.b.ad.c.z.k.ad.c.eque multiplicia. Itemq3.l.ad.b.z.m.ad.d.z.n.ad.f.eq̃ multiplicia:eritq3 per primã huius cõpositum ex.g.b.k. ita multiplex cõpositi ex a.c.e.sicut.g.est multiplex.a.Similiter per eandẽ cõpositum ex.l.m.n.erit ita multiplex cõpositi ex.b.d.f.sicut.l.ẽ multiplex.b.z ꝑ cõuersionẽ diffinitionis incõtinue ꝓportionalitatis.bis sũptã si.g.addit sup .l.b.addit sup.m.z.k.super.n. z si minuit minuit : z si equat equat:ergo per cõmunez scientiam si.g.addit sup.l. compositũ ex.g.b.k.addit super compositum ex.l.m.n.z si minuit minuit :z si equat equat:ergo per diffinitionem incontinue proportionalitatis proportio.a .ad.b.ẽ sicut cõpositi ex.a.c.e.ad compositũ ex.b.d.f.quod est propositũ.




## Propositio .14.

SI fuerint quatuor quantitates proportionales .fueritq3 maior prima tertia.necesse est secundã.quarta esse maior/rem.Qõ si minor z minorẽ.Si vero equalis z equalẽ ee.

¶Sit proportio.a.ad.b.sicut.c.ad.d.dico q̃ si.a.est maior.c.b.erit maior.d.z si minor minor.z si equalis equalis.Si enim.a.sit maior c.erit per primã partẽ.8. huius maior proportio.a.ad.d.q̃3.c .ad.d. quare maior erit.a.ad.d.q̃3 ad.b.ergo per secũdã partẽ.10.huius.b.erit maior.d.qõ ẽ propo/situm.Qõ si.a.sit minor.c.erit per primã ptẽ.8.minor proportio.a.ad.d.q̃3.c.ad d.quare maior erit.a.ad.b.q̃3 ad.d.per secũdã ergo ptem.10.b.erit minor.d. Si autem.a.sit equalis.c.erit per primã partem.7.a.ad.d.sicut.c.ad.d.quare.a.ad.d sicut ad.b.itaq3 per secũdã ptẽ:9.b.erit equalis.d.sicq3 patet propositum.




## Propositio .15.

SI fuerint aliquibus quantitatibus eque multiplices assi/gnate.erit iplarum multipliciũ atq3 sub multiplicium vna proportio.

¶Sint.c.ad.a.z.d.ad.b.eque multiplices. dico q̃ que ẽ proportio a.ad.b.eadẽ est.c.ad.d.dividat̃.c.ƒm quãtitatẽ.a.z.d.ƒm quãtitatẽ b.c.sũtq3 tot partes.c.quot.d.z quia quelibet pars.c.ad q̃3libet partem.d.se ha/bet sicut.a.ad.b.erit per.13.huius.c.ad.d.sicut.a.ad.b.qõ est propositum.






## Propositio .16.

Si fuerit quatuor quantitates proportionales. pmutatim quoq3 proportionales erunt.

¶Sit proportio.a.ad.b.sicut.c.ad.d.dico q3 erit.a.ad.c.sicut.b.ad d.7 iste est modus arguẽdi qui dicit̃ ꝓportionalitas permutata. cuius demonstratio sic pat3. Sumã.e.ad.a.7.f.ad.b.eque multiplices itemq3.g.ad.c.7.b.ad.d.eque multiplices:eritq3 per premissam.e.ad.f.sicut.g.ad b.quare p.14.si.e.addit supra.g.7.f.addit super .b. 7 si minuit minuit: 7 si equat equat:per diffinitionẽ igitur incontinue proportionalitatis erit.a.ad.c.sicut.b.ad d.quod est propositũ. Necesse est aũt vt in pmutata proportionalttate sint omnes quatuor quantitates eiusdem generis.




## Propositio .17.

Si fuerint quantitates coniunctim proportionales: easdẽ disiunctim quoq3 proportionales esse.

¶Demonstrato modo arguendi qui dicitur proportionalitas pmutata:demonstrat illũ qui dicit̃ proportionalitas disiuncta. Sit itaq3 ꝓportio .a.b.ad.b.c.sicut.d.e.ad.e.f. dico q3 erit.a.c.ad.c.b.sicut d.f.ad.f.e. Sumã enim.g.b.ad.a.c.7.b.k.ad.c.b.itemq3.l.m.ad.d.f.7.m.n.ad f.e.eque multiplices:eritq3 per primam huius.g.k.ita multiplex.a.b.sicut.g.b.est multiplex.a.c.7.l.n.ita multiplex.d.c.sicut.l.m.est multiplex .d.f. 7 ideo per premissas ypotheses.g.k.ẽsita mꝉtiplex.a.b.sicut est.l.n.d.e.ponã iterũ.k.p.ad.c.b. 7.n.q.ad.f.e.eque multiplices:eruntq3 per secundã.b.p.ad.c.b.7.m.q.ad.f.e.eq̃ multiplices per conuersionẽ igitur diffinitionis incontinue proportionalitatis. si g.k.addit super.b .p.l.n.addit sup.m.q.7 si minuit minuit:7 si equat equat. demptis itaq3 cõmunibus.b.k.7.m.n.erit per cõmunem scientiam:vt si.g.b.addit super.k.p.q3.l.m.addit super.n.q.7 si minuit minuit:7 si equat ꝉequat. ergo p diffinitionem incontinue proportionalitatis proportio.a.c.ad.c.b.est sicut. d.f. ad.f. e.quod est propositum.




## Propositio .18.

Si fuerint quantitates disiunctim proportionales.coniunctim quoq3 proportionales erunt.

¶Demonstrat modũ arguendi qui dicit̃ proportionalitas coniuncta 7 est modus conuersus prioris. Ad cuius demonstrationem resumatur dispositio premisse.7 maneãt omnes eius ypotheses:excepto q3 ponatur esse proportio.a.c.ad.c.b.sicut.d.f.ad.f.e.dico q3 erit proportio.a.b. ad.b.c.sicut.d.e.ad.f.e.sequit̃ enim ex hac ypothesi 7 alijs ypothesibus premisse de multiplicib9 equaliter sũptis per cõuersionẽ diffinitõis incõtinue ꝓportiõalitatis si.g.b.addit super.k.p.q3.l.m.addat sup.n.q.7 si minuit minuat:7 si equat equat ergo positis cõmunibus.b.k.7.m.n.sequit̃ per cõem sciam si.g.k.addit sup .b.p. q3.l.n.addat sup.m.q.7 si minuit minuat:7 si equat equat̃:quare per diffinitionẽ incõtinue proportionalitatis erit ꝓportio.a.b.ad.b.c.sicut.d.e.ad.e.f. qõ ẽ ꝓpositũ. Aliter idẽ indirecte sic. Cũ sit ꝓportio.a.c.ad.c.b.sicut.d.f.ad.f.e.nõ ẽ. a.b. ad.b.c.sicut.d.e.ad.e.f.sit ergo ꝓportio.d.e.ad aliquã aliã quantitatẽ sicut. a.b. ad.b.c.que aut erit maior.e.f.aut minor.si enĩ esset ei eqnalis cõstaret propositũ.

Sit itaq3 primo maior ꝛ sit.e.g. eritq3 p premissam.a.c.ad .c.b. sicut.d.g .ad.g. quare.d.g.ad.g.ē.sicut.d.f.ad.f.c.Sequit̄ igit̄ p.14.q cū.d.g.prima sit mior.d.f. tertia erit.g.e.scōa minor.e.f.quarta:sed erat positū q esset maior.Sit ergo por/ portio.d.c.ad minorē.e.f.que sit.c.b.sicut.a.b.ad.b.c.eritq3 p p̄missā. a.c.ad.c. b.sicut.d.b.ad.b.e.q̄re p.11.d.b.ad .b.e.sicut.d.f.ad.f.e.ꝛ qr.d.b.p̄ma ē maior d.f.tertia erit p.14.e.b.scōa maior.e.f.tertia:q quia est ipossibile.sequit̄ ꝓpositū.

## Propositio .19.




SI a duobus totis due portiones abscindantur.fueritq3 to tum ad totū quantum abscisum ad abscisum:erit reliquum ad reliquum quantum totum ad totum.

¶Qō quinta ꝓponit de multiplicibus. hec ꝓponit vniuersaliter de omnibus proportionibus.vnde est illa tanto cōmunior quāto multi plicitate ꝓportio.Sint igitur due quātitates.a.b.ꝛ.c.d.a quibus abscindant̄ due que sint.b.e.ꝛ.d.f.sitq3 ꝓportio totius.a.b.ad totā.c.d.sicut.b.e.abscise ad.d.f. abscisam.dico q eadem erit.a.e.residui ad.c.f.residuum que est toti9.a.b.ad to/ tam.c.d.cū eni sit.a.b.ad.c.d.sicut.b.e.ad.d.f.erit permutati.a. b.ad. b.e. sicut c.d.ad.d.f.ꝛ disiunctim.a.e.ad.e.b.sicut.c.f.ad.f.d.ꝛ iterū permutatim.a.e. ad c.f.sicut.e.b.ad.f.d.ꝛ quia sic erat.a.b.ad.c.d.patet ꝓpositū. ¶Ex hac aūt.19. ꝛ permutata ꝓportionalitate demonstratur modus arguendi qui dicit̄ proportio nalitas euersa.vt si sit.a.b.ad.b.e.sicut.c.d.ad.d.f.dico q erit.b.a .ad.a.e. sicut c.d.ad.c.f.quia cū sit.a.b.ad.b.e.sicut.c.d.ad.d.f.erit permutatim.a.b. ad.c.d. sicut.b.e.ad.d.f.quare per hanc.19.b.a.ad.d.c.sicut.a.e.ad.c.f.igitur pmutatim b.a.ad.a.e.sicut.c.d.ad.c.f.qō est ꝓpositum. ¶Conuersa quoq3 ꝓportionali/ tas q̄3 ex diffinitione incōtinue ꝓportionalitatis demonstrauimus in exponendo principia huius quinti.pōt hic quoq3 demōstrari indirecte ex pmutata ꝓportio/ nalitate ꝛ.9. huius vt si sit proportio.a.ad.b.sicut.c.ad.d.dico q erit.b.ad. a.si/ cut.d.ad.c.sin autē sit.d.ad.c. sicut.b.ad.a.ꝛ q.a.ad.b.ē sicut.c.ad.d.erit pmu/ tatim.a.ad.c.sicut.b.ad.d.ꝛ quia iterum.b.ad.a.sicut.d.ad.e.erit quoq3 pmuta tim.b.ad.d.sicut.a.ad.e.quare erit.a.ad.c.sicut.d.ad.c.si igitur.e.non sit equale c.accidet impossibile ꝛ contrariu3 secunde partis.9. si autem equalis erit.b. ad.a. sicut.d.ad.c.quod est ꝓpositum.

## Propositio .20.

SI fuerint quotlibet quantitates alieq3 secundū earum nu merum quarum queq3 due prioꝝ secundū proportio/ nem duarum postremarum necesse est improportionali/ tate quidā equalitatis vt si fuerit prima prioꝝ vltima ma ior.ꝛ posteriorum primā vltima esse maiorez.Qō si mi/ nor ꝛ minorem.Si vero equalis ꝛ equalem.

¶Demōstraturus euclides modū arguendi qui dicit̄ eq̄ ꝓportionalitas siue q̄nti tates duoꝝ ordinū directe siue puersim ꝓportionēt:p̄mittit duo añcedētia ad de/ mōstrādū ꝓpositū necessaria:p quoꝝ p̄mū demōstrat̄ eq̄ ꝓportōalitas cū q̄ntita/ tes duoꝝ ordinū directe ꝓportionāt:p 2m aūt cū ꝓportionāt̄ puersim ꝓponit aūt hec duo añcedetia de q̄ntitatib9 duoꝝ ordinū numero eq̄lib9 quecūq3 fuerit. Vlr eni sumptis vtrobiq3 quātitatib9 scōm quēcunq3 numerum veritatem habēt. nō ē




autē necesse ut demōstrrem⁹ ea nisi solū i trib⁹ hoc eni oio sufficiēs ē ad ꝓpo si/tū. de pl'ibus aūt q̄busq3 patebit ꝑ equā ꝓportiōalitatē cū ipsa demōstrata fuerit ¶ Sint igit̄ tres quātitates. a. b. c. sumant̄q3 tres alie q̄ sint. c. d. f. ⁊ sit ꝓportio. a. ad. b. sicut. c. ad. d. ⁊ b. ad. e. sicut. d. ad. f. dico ꝙ si. a. est maior. e. c. erit maior. f. ⁊ si minor minor: ⁊ si equalis equalis. Si eni est maior erit per primā ꝑtē. 8. maior proportio. a. ad. b. q̄3. e. ad. b. quare per. 12. maior erit. c. ad. d. q̄3. e. ad. b. ⁊ q2 per cōuersam ꝓportionalitatē. e. ad. b. ē sicut. f. ad. d. erit. c. ad. d. maior q̄3. f. ad. d. itaq3 per primā ꝑtē. 10. c. est maior. f. qd̄ est propositum. Qd̄ si. a. sit minor. e. ꝑ eas dem ⁊ eodē modo ꝓbabit̄. c. esse minorē. f. erit eni minor proportio. a. ad. b. q̄3. e. ad. b. ꝑ primā ꝑtē. 8. ⁊ ideo per. 12. ⁊ ꝑ cōuersam ꝓportionalitatē minor erit. c. ad d. q̄3. f. ad. d. ⁊ ideo ꝑ primā ꝑtem. 10. erit. c. minor. f. qd̄ est propositum. Si autem a. sit eq̄le. e. erit ꝑ primā ꝑtē. 7. ꝓportio. a. ad. b. sicut. e. ad. b. ⁊ ideo ꝑ scd̄am. 11. ⁊ cōuersam ꝓportionalitatē erit. c. ad. d. sicut. f. ad. d. quare per primā ꝑtē. 9. c. ē eq̄/lis. f. quod est propositum. ¶ Quidā aūt hanc cōclusionē demonstrauerūt eā per ꝓportionalitatem permutatim hoc modo. ꝓportio. a. ad. b. est sicut. c. ad. d. ergo ꝑmutatim. a. ad. c. sicut. b. ad. d. ⁊ q2 rursus. b. ad. c. sicut. d. ad. f. erit permutatim b. ad. d. sicut. e. ad. f. sed erat. b. ad. d. sicut. a. ad. c. ergo per. 11. erit. a. ad. c. sicut. e ad. f. itaq3 per. 14. si. a. prima est maior. e. tertia. erit. c. secūda. maior. f. quarta: ⁊ si minor minor: ⁊ si equalis equalis: quod ē ꝓpositum: ¶ Isti autē errauerunt i sua demonstratione: q2 si esset intentio euclidis sic demonstrare nō oporteret ipsū pre mittere hanc conclusionē ꝓ antecedēte ad equā ꝓportionalitatem: si enim rursus fiat vna permutatio ꝓportionalitatis ad quā deuentū est que est esse. a. ad. c. si/cut. e. ad. f. sequitur ꝙ sit. a. ad. e. sicut. c. ad. f. ⁊ hoc est equa ꝓportionalitas. Pre terea eorum conclusio non sequitur: nisi omnes quantitates amboꝝ ordinū fuerit generis vnius. Si enim. a. b. e. sint linee. ⁊. c. d. f. superficies: aut corpora: aut tem/pora: non erit tunc permutare proportiones: peccant igitur vniuersaliter dictū ꝑ/ticulariter demonstrantes.

## Propositio. 21.




Si fuerint quotlibet quantitates alieq3 secundum earum numerum quarum queq3 due ex prioribus quibusq3 dua bus ex posterioribus peruersim comparate secūdū pro/portionem earum fuerint. necesse quoq3 ē vt si fuerint im proportionalitate equalitatis priorum prima vltima ma/ior. ⁊ posteriorum prima vltima esse maiorem. si autem minor ⁊ mino rem. Si vero equalis ⁊ equalem.

¶ Secundū antecedens sint tres quātitates. a. b. e. sumant̄q3 alie tres que sunt. f. c. d. ⁊ sit proportio. a. ad. b. sicut. c ad. d. ⁊. b. ad. e. sicut. f. ad. c. dico ꝙ si. a. ē. ma ior. e. f. erit maior. d. ⁊ si minor minor: ⁊ si equalis. equalis: hic autē probatur per easdē ⁊ eodē modo quo precedens: si eni. a. sit maior. e. erit maior proportio. a. ad b. q̄3. e. ad. b. quare maior. c. ad. d. q̄3. e. ad. b. ⁊ ideo maior q̄3. c. ad. f. maior igit̄ f. q̄3. d. per secundā partem. 10. quod est propositum. qd̄ si. a. sit minor. e. erit tan/dem minor. c. ad. d. q̄3 ad. f. quare per eandem partem eiusdē. f. erit minor. d. Si autem. a. sit equalis. e. sequitur ut sit proportio. c. ad. d. sicut. c. ad. f. igitur per se/cundam partem. 9. erit. f. equalis. d. quod est propositum.

## Propositio .22.

SI fuerint quotlibet quantitates alieqȝ ſecundum earum numerum quarum queqȝ due ſecundum proportionem duarum ex primis in equa proportionalitate proportionales erunt.

¶ Demonſtratis antecedentibus ad equã proportionalitatẽ. hic demonſtrat eam: & primo cum quantitates duorum ordinũ ſunt directe proportionales. Nõ eſt aũt neceſſe vt demõſtrarẽ niſi cũ in vtroqȝ duoꝝ ordinũ ſunt tantũ tres quantitates. Per hoc eni euidenter ſequitur cum in vtroqȝ ordine fuerint quatuor quantitates & deinceps: & ideo etiã nõ oportuit eius añs demõſtrari niſi ſolũ cũ in vtroqȝ ordine ſunt etiã tres quantitates. ¶ Sint igitur tres quantitates. a. b e. ſumanſqȝ tres alie que ſunt. c. d. f. & ſit proportio. a. ad. b. ſicut. c. ad. d. & b. ad. e. ſicut. d. ad. f. dico q̃ erit. a. ad. c. ſicut. c. ad. f. ſumã eni. g. ad. a. & b. ad. c. cq̃ multiplicia. Item qȝ. k. ad. b. & l. ad. d. eque & rurſus. m. ad. e. & n. ad. f. eque. eritqȝ p 4. g. ad. k. ſicut. b. ad. l. & k. ad. m. ſicut. l. ad. n. quare per. 20. ſi. g. eſt maior. m. erit b. maior. n. & ſi minor minor: & ſi equalis equalis. igitur per diffinitionẽ incõtinue ꝓportionalitatis ꝓportio. a. ad. e. ẽ ſicut. c. ad. f. qõ ẽ propoſitũ. ¶ Põt quoqȝ hoc demonſtrari per. 15. huius ſumptis. g. k. m. ad. a. b. e. & b. l. n. ad. c. d. f. eque multiplicibus: erit enim per. 15. g. ad. k. ſicut. b. ad. l. & k. ad. m. ſicut. l. ad. n. cetera pertracta vt prius. ¶ Qõ ſi fuerint quantitates plures tribus in vtroqȝ ordine: vtpote quatuor additis. p. & q. ita q̃ ſit. e. ad. p. ſicut. f. ad. q. erit iterum. a. ad. p. ſicut c. ad. q. erit enim. a. ad. e. ſicut. c. ad. f. hoc enim demonſtratum eſt. ſublatis igitur b. & d. erunt tres quantitates. a. e. p. & alie tres. c. f. q. vt proponitur: quare. a. ad. p ſicut. c. ad. q. ſicqȝ demõſtratur de. 4. per tres ſublato vno medio. Eodẽ modo demonſtrabis de. 5. per. 4. ſublatis duobus medijs: & de. 6. per. 5. ſublatis tribus: & ſic de ceteris.




## Propositio .23.

SI fuerint quotlibet quantitates alieqȝ ſecundum earum numerum quarum queqȝ due ſecundus proportionẽ duarum ex prioribus indirecte proportionate in equa proportionalitate proportiones erunt.

¶ Demonſtrat equam ꝓportionalitatem in quantitatibus duorum ordinũ indirecte ſiue puerſim ꝓportionatis. Nec ẽ neceſſe q̃ demonſtrẽ niſi cum in vtroqȝ duoꝝ ordinũ ſunt tantũ tres quantitates: p hoc eni euidẽter ſequit̃ que/cũqȝ ponant̃ i vtroqȝ ordine ſicut i premiſſa de directe ꝓportionatis demõſtratũ ẽ. Sint igit̃. 3. q̃ntitates. a. b. c. ſumãſqȝ alie. 3. q̃ ſint. f. c. d. & ſit ꝓportio. a. ad. b. ſicut. c. ad. d. & b. ad. e. ſicut. f. ad. c. dico q̃ erit. a. ad. e. ſicut. f. ad. d. ſumã eni. g. ad a. & b. ad. c. & k. ad. f. eque multiplicia. Item qȝ. l. ad. b. & m. ad. e. & n. ad. d. eque: eritqȝ per quartã. g. ad. l. ſicut. b. ad. n. & per 15. l. ad. m. ſicut. k. ad. b. quare per 21. ſi. g. addit ſuper. m & k. addit ſup. n. & ſi minuit minuit: & ſi equat equat: ergo per diffinitionem incõtinue ꝓportionalitatis ꝓportio. a. ad. e. ẽ ſicut. f. ad. d. qõ ẽ propoſitũ. ¶ Poteſt quoqȝ & hoc demõſtrari p. 15. huiꝰ ſũptis. g. l. m. ad. a. b e. & k. b. n. ad. f. c. d. eque multiplicibus: erit enim per. 15. g. ad. l. ſicut. b. ad. n. & l. ad. m. ſicut. k. ad. b. cetera pertracta vt prius. Conuenientius tamen demonſtrantur hec & premiſſa ſecundm primum modum. ¶ Qõ ſi plures tribus fuerint quantitates in vtroqȝ ordine: vtpote q̃tuor additis. p. & q. ita q̃ ſit. a. ad. b. ſicut



d.ad.q.z.b.ad.e.ſicut.c.ad .d.z.e.ad.p.ſicut.f.ad.c.erit iterum.a.ad.p. ſicut.f ad.q.erit enim per predemonſtrata.a.ad.e.ſicut.c.ad.q. Sublatis igitur. b.z.d. erunt tres quãtitates.a.e.p.z alie tres.f.c.q.vt proponitur:quare.a.ad.p.ſicut.f. ad.q.Sic igitur demonſtratur de.4.per tres ſublato vno medio. Eodẽ modo de/ monſtrabis de.5.per quatuor ſublatis, duobus mediis.z de.6.per.5.ſublatis tri/ bus:z ſic in ceteris.

## Propoſitio .24.




SI fuerit proportio primi ad ſecundus tanq̃ tertii ad quar tum.proportio vero quinti ad ſecundus. tanq̃ ſexti ad q̃r tum:erit proportio primi z quinti pariter acceptorum ad ſecundum tanq̃ ſexti z tertii pariter acceptorum ad quar/ tum.

¶Qd ſcda propoſuit de multiplicibus hec proponit vniuerſaliter de omnib⁹ pro/ portionibus.vnde eſt illa tanto cõmunior quãto multiplicitate proportio z ſe ha/ bet ad illam:quemadmodum. 13.ad primam.Sit igitur proportio.a.b.ad.c. ſicut d.c.ad.f.z itẽ.b.g.ad.c.ſicut.e.b.ad.f.dico q proportio.a.g.ad.c. eſt ſicut.d.b. ad.f.erit enim per conuerſam proportionalitatem.c.ad.b.g.ſicut.f.ad.e.b.quare per.22.erit in equa proportionalitate.a.b.ad.b.g.ſicut.e.d.ad.e.b.ergo coniun/ ctim per.18.a.g.ad.g.b.ſicut.d.b.ad.b.e.itaq̃ per.22.erit in equa proportionali tate.a.g.ad.c.ſicut.d.b:ad.f.quod eſt propoſitum.

## Propoſitio .25.




SI fuerint quantitates proportionales:fueritq̃ prima ea/ rum maxima.z vltima minima. primam z vltimaq̃ pariter acceptas ceteris duabus maius eſſe neceſſario cõproba/ tur.

¶Qd hic proponitur nõ habet locum niſi cum omnes quatuor quã titates ſint ciuſdem generis. Sint igitur quatuor quantitatus eiuſdẽ generis pro/ portio.a.b.ad.c.d.ſicut.e.ad.f.ſitq̃.a.b.maxima:neq̃ oportet ponere q.f.ſit mi nima:quia ipſum ex hoc ſequitur q.a.b.poſita eſt maxima.Vnde non poſuit hoc auctor in concluſione tanq̃ poſitionem:ſed potius tanq̃ precedentis poſitiõis cõ cluſionem.dico q cum ita fuerit maius erit aggregatum ex.a.b.z.f.q̃ ex. c.d.z.e Cum enim.a.b.ſit maior.e.abſcindam ex.b.a.g.b.equalem.e. ¶Similiter quoq̃ quia.c.d.eſt maior.f.abſcindam ex.c.d.b.d.equalem.f.eritq̃ propter ypotheſim a.b.ad.c.d.ſicut.g.b.ad.b.d.quare per. 19.a.g. reſiduum ad. c.b. reſiduum ſicut tota.a.b.ad totuꝫ.c.d.ſ.a.b.ad.c.d .Cũ ergo.a.g.ſe habet ad.c.b.ſicut.a.b.ad.c d. ſed.a.b.é maior.c.d.quare.a.g.maior eſt.c.b.additis igitur vtriq̃ duab⁹quan titatibus.g.b.z.b.d.erit per cõmunem ſcientiam aggregatum ex.a.b.z.b.d. ma/ ius aggregato ex.c.d.z.g.b.z quia.d.b. poſita eſt equalis. f.z.g. b.e. maius erit aggregatum ex:a.b.z.f.quã aggregatum ex.c.d.z.e.quod eſt propoſitum.

## Propoſitio .26.

SI fuerit quatuor quantitatum proportio prime ad ſecun/ dam maior quam tertie ad quartam. erit conuerſiꝫ econ/ trario,pportio ſcde ad primã minor q̃ quarte ad tertiam Sit ꝓportio.a.ad.b.maior q̃.c.ad.d.dico q erit ecõuerſo mõ ꝫrio mior,ꝓportio.b.ad.a.q̃.d.ad.c.ſi ei é eadẽ.b.ad.a.q̃ é.d.ad.c.erit

ecõuerso.a.ad.b.vt.c.ad.d.sz nõ ẽ imo maior: At vero si ẽ.b.ad.a.maior q̃z d.ad c.sit.e.ad.a.vt.d.ad.c.eritqz ex.12.e.ad.a.mior q̃z.b.ad.a .q̃re ex p̃ma parte.10.e ẽ mior.b. Ideoqz ex scd̃a parte.8.maior erit ꝓportio.a.ad.e.q̃z.e.ad.b.⁊ qr ꝑ conuersam proportionalitatem.a.ad.e.sicut.c.ad.d.erit ex.12.proportio.c.ad.d.maior q̃z.a.ad.b.sed erit minor: relinquitur ergo propositũ. ¶ Possumus quoqz si libet astruere propositum ostensiue: manifestum enim est ex prima parte.10.ꝙ illa quantitas cuius ad.b.est.eadem proportio que est.c.ad.d.est minor.a.eo ꝙ ponitur maior proportio.a.ad.b.q̃z.c.ad.d .illa ergo quantitas sit.e. cum sit igitur proportio.e. ad.b.vt.c .ad.d.erit econuerso .b .ad.e.vt.d.ad .c. Constat autem ex secunda parte.8.ꝙ proportio.b.ad.a.minor est q̃z proportio.b.ad.e.itaqz per 12.proportio.b.ad.a.est minor q̃z. d. ad.c.qd̃ voluimus.




## Propositio .27.

Si fuerit quatuor quantitatum maior proportio prime ad secundam.q̃z tertie ad quartam. erit permutatim maior proportio prime ad tertiam. quam secunde ad quartam.

¶ Sit hic quoqz proportio.a.ad.b.maior q̃z.c.ad.d.dico ꝙ erit permutatim maior proportio.a.ad.c.q̃z.b.ad.d.eadem enim non erit quia tunc quoqz esset permutatim.a.ad.b. sicut.c. ad.d. neqz minor. Nam si hoc ponatur: sit itaqz .e.ad.c.vt.b.ad.d.eritqz ex.12.maior ꝓportio.e.ad. c.q̃z.a.ad c.quare ex prima parte.10.e.est maior.a. Itaqz per primam partem.8.proportio e.ad.b.est maior q̃z.a.ad.b.⁊ quia positum est vt sit.e.ad.c.sicut.b.ad.d. erit ꝑmutatim.e.ad.b.sicut.c.ad.d.ex.12.igitur maior erit proportio.c.ad.d.q̃z.a. ad b.sed positum erat oppositum: verum est ergo propositũ: ¶ Ostẽsiue quoqz idem quẽadmodum in premissa: sumpta enim est.e.ad.b.vt.c.ad.d.erit ex prima parte 10.e.minor.a.quare ex prima parte.8.maior erit.a.ad.c.q̃z.e.ad.c .sed ex permutata proportionalitate est.e.ad.c.vt. b.ad.d.igitur ex.12.a.ad.c.est maior q̃z.b. ad.d.quod est propositum.




## Propositio .28.

Si fuerint quatuor quantitates quarum prime ad secundã sit maior proportio q̃z tertie ad quartam.erit quoqz coniunctim maior proportio prime ⁊ secunde ad secũdam q̃z tertie ⁊ quarte ad quartam.

Sumo itaq; aliquã lineã rõnalẽ que sit. a. b. sup quã describo semicirculũ. a. c. b. ꝛ sumpto aliquo numero vt. d. e. diuido ipsũ in duos numeros. d. f. ꝛ f. e. ita ꝙ sit ꝓportio. d. e. ad. d. f. sicut numeri q̃drati ad numerũ q̃dratũ nõ sit aũt ꝓportio. d e. ad. f. e. ut numeri q̃drati ad numeꝝ q̃dratũ: talis aũt numer⁹ ẽ quilibꝫ q̃drat⁹ di uisibilis in quadratũ ꝛ nõ quadratũ. ut. 9. qui diuiditur in. 4. ꝛ. 5. ꝛ oẽs boꝝ eque multiplices: ꝛ inuenio lineã ad cuius q̃dratũ se habeat q̃dratũ linee. a. b. sicut numerus. d. e. ad numeꝝ. d. f. qualiter aũt ipsa reperiaꝫ in demonstratione. 5. dictuꝫ ẽ: banc lineã inuentã que necessario ẽ minor. a. b. coapto ꝑ primã quarti intra semicirculum. a. c. b. sitq; a. c. ꝛ subtrabã lineã. c. b. dico duas lineas. a. b. ꝛ. c. b. esse quas querim⁹. erit igiꝫ ꝑ primã ptẽ. 30. tertij angulus. c. rectus: ꝛ iõ ꝑ penultimam primi quadratũ. a. b. equale est q̃dratis duaꝝ lineaꝝ. a. c. ꝛ. c. b. ꝛ qꝛ ꝓportio quadrati linee. a. b. ad quadratũ lince. a. c. ẽ sicut. d. e. ad. d. f. ꝑ ypothe. erit ꝑ euersam ꝓportionalitatẽ ꝓportio quadrati linee. a. b. ad quadratũ linee. c. b. sicut. d. e. ad. f e. ergo quadratũ. c. b. cõicat cũ quadrato. a. b. per. 6. hui⁹ erit igiꝫ quadratum. c. b. rõnale per diffinitionem cũ cõicet rõnali supficiei: ꝛ qꝛ. c. b. ꝛ. a. b. sunt incõmensurabiles ꝑ vltimã partem. 7. constat duas lineas. a. b. ꝛ. c. b esse rõnales potẽtia tm̃ cõicantes. At qꝛ linea. a. b. ẽ potentior linea. c. b. in quadrato linee. a. c. que ꝑ scõaꝫ partem. 7. cõicat secũ in longitudine cõstat habitũ esse ꝓpositũ. ¶ Si autẽ libeat plures duab⁹ potentia tm̃ rõnales cõicantes quaꝝvna potentior longior sit qualibet aliaꝝ in quadrato alicuius linee secũ cõicantis in lõgitudine reperire. sit ut ꝓp⁹ linea. a. b. rõnalis in longitudine super quã describatur semicirculus. a. c. b. sumaturq; numerus. d. quadratus qui sit diuisibilis in multos quadratos ꝛ nõ quadratos quoꝝ nõ quadratoꝝ mirne sit ꝓportio sicut aliquoꝝ numeroꝝ q̃dratoꝝ: tales aũt numeri vltro se offerũt vt. 36. qui ẽ diuisibilis i. 25. ꝛ. 5. itẽq; i. 16. ꝛ. 20. rursus; q; in: 9. ꝛ. 27. ac itẽꝝ in. 4. ꝛ. 32. istoꝝ vero nõ quadratoꝝ qui sunt. 11. 20. 27. 32. ad inuicẽ nõ est ꝓportio sicut alicuius numeri q̃drati ad aliũ. Esto igitur ut numerus d. quadratus diuidaꝫ in. e. q̃dratũ ꝛ. f. non quadratũ: sitq; quadratũ linee. a. b. ad q̃dratũ linee. a. c. sicut numerus. d. ad numeꝝ. e. ꝛ ducaꝫ linea. c. b. ꝛ ꝓstat ꝓpositum ut prius demonstratũ ẽ. a. b. ꝛ. b. c. esse duas tales lineas quas inquirimus. Silr quoq; diuidã. d. i. g. q̃dratũ ꝛ. b. nõ q̃dratũ sitq; q̃dratũ linee. a. b. ad q̃dratũ linee. a. k. sicut. d. ad. g. ꝛ ducaꝫ linea. k. b. eruntq; vt prius due linee. a. b. ꝛ. b. k quales inquirim⁹. Eodẽ mõ si rursus diuidaꝫ. d. m. l. q̃dratũ ꝛ in nõ q̃dratũ ꝛ proportio q̃drati linee. a. b. ad quadratũ linee. a. n. sicut. d. ad. l. ꝛ ꝓducatur n. b. erunt due linee. a. b. ꝛ. b. n. quales inquirim⁹. Qõ si rursus diuidaꝫ. d. in. p. quadratũ ꝛ in. q. nõ quadratũ ꝛ fuerit ꝓportio q̃drati linee. a. b. ad quadratum linee. a. r. sicut. d. ad. p. ꝛ protracta fuerit linea. r. b. erũt ctiã due linee. a. b. ꝛ. b. r. quales inquirimus. Sunt itaq; linee. a. b. b. c. b. k. b. n. b. r. potentia tm̃ rationales ꝛ in ea cõicãtes q̃rũ vna videlicet. a. b. ẽ potẽtior qualibet aliaꝝ i q̃drato linee secũ cõicãtis in lõgitudine. si igiꝫ quatuor lineaꝝ. b. c. b. k. b. n. b. r. nulla cõicant alij in longitudine ꝓstat ꝓpositũ. Istud aũt sic ꝓbaꝫ pz eni ex prmissis ꝙ quadratum linee. b. c. ad quadratum linee. a. b. est sicut numerus. f. ad numerum. d. et quadratum linee. a. b. ad quadratum linee. b. k. est sicut numerus. d. ad numerum. b. ergo per equam proportionalitatem quadratum linee. b. c. ad quadratum linee. b. k. est sicut numer⁹. f. ad numerũ. b. sed null⁹ q̃tuor numeroꝝ. f. b. i. q se habet ex ypothesi ad aliũ sicut numer⁹ q̃dratus ad numeꝝ q̃dratũ. q̃re p. 3. ptẽ



7. due linee. b. c. b. k. sunt incõmensurabiles in longitudine. Eadem rõne quelibet due ex illis quatuor sint incõmensurabiles i longitudine: liquet ergo qõ volumus.

## Propositio .18.

Duas lineas in potentia tantum rõnales cõicantes quorũ longior plus possit breuiori; quantum est quadratũ linee sibi incõmensurabilis in longitudine inuenire.

¶ In hac quoq; remaneat eadẽ dispositio eedẽq; ypotheses que in premissa hoc solũ mutato q; proportio numeri. d. e. ad neutrũ duorũ numerorũ. d. f. 7. f. e. sit sicut numeri quadrati ad numerũ quadratũ: hoc aũt facile fiet: posito. d. e. quotlibet numero quadrato diuiso in duos numeros nõ quadratos vt si. d. e. sit. 9. 7. d. f. 6. 7. f. e. 3. argumentando ut prius hoc duntaxat excepto q; a. b. 7. a. c. sint incõmensurabiles in longitudine p vltimã partẽ. 7. ¶ Et sciendũ q; due linee quales hec et premissa docent inuenire cõponunt binomium: 7 minori earum abscisa de maiori que reliqua est dicitur residuum. Nota etiã q; linee tm̃ potentia rõnales cõicantes possũt esse vna rõnalis 7 alia irrõnalis sicut latera tetragonica duaꝝ superficieꝝ quaꝝ vna sit. 25. pedũ 7 alia. 24. sunt rõnalia potẽtia tm̃ cõicantia: latus enim prime superficiei est. 5. latus vero scõe nõ numeraꝫ 7 possũt esse ambe irrõnales ut latera tetragonica duaꝝ superficieꝝ quarũ vna sit. 24. pedũ 7 alia. 23. neutrius eni numeraꝫ latus. suntq; i longitudine incõmensurabilia ex vltima pte septime. ¶ Qõ si libeat etiã inuenire plures lineas duabus potentia tm̃ rõnales cõicantes quaꝝ vna sit potentior qualibet aliaꝝ in quadrato linee secum nõ cõicantis in longitudine: sumaꝫ talis numer⁹ qui possit pluries sic diuidi q; ipsius ad nullã suaꝝ partiũ nec alicui⁹ ad aliquã aliaꝝ sit proportio ut numeri quadrati ad numerũ quadratũ ut. 25. pot diuidi in. 2. 7. 25. item in. 5. 7. 20. 7 rursus in. 7. 7. 18. Et sic processus idẽ q̃ fuit in p̃missa.




## Propositio .19.

Omnis superficies quã cõtinẽt due linee potẽtialiter tãtũ rõnales cõicantes ẽ irrõnalis dicitq; superficies medialis eiusq; latus tetragonicum scz qõ i eam potest est irrõnale dicturq; linea medialis.

¶ Sint due linee. a. b. b. c. p̃tinẽtes superficiẽ. a. c. rõnales potẽtia tm̃ cõicãtes: q̃ qualr reperiaꝫ ex p̃missa 7 añp̃missa. manifestum ẽ: dico superficiẽ. a. c. esse irrõnalem. Sit eni. c. d. quadratũ. b. c. eritq; rõnale p ypothesim eo q; linea. b c. ẽ rõnalis i potẽtia: 7 q; ex prima sexti. a. c. ad. c. d. sicut. a. b. ad. b. d. non cõicat aũt. a. b. cũ. b. d. q; ex ypothesi nõ cõicat cũ sua equali q̃ ẽ. b. c. sequitr p scõam ptẽ 10. ut etiã. a. c. nõ cõicet cũ. c. d. q̃re p diffinitionẽ superficies. a. c. ẽ. irrõnalis. ideoq; 7 suũ latus tetragonicũ ẽ etiã irrõnale. dicitr aũt hec superficies medialis qm̃ ipsa ẽ medio loco proportiõalis inter duas superficies rõnales videlicet inter q̃drata duarũ lineaꝝ ipsã p̃tinẽtiũ 7 lineã potẽs in ipsã dicitr medialis. qm̃ ipsa quoq; ẽ medio loco proportiõalis inter duas lineas potẽtia tm̃ rõnales cõicantes 7 hec due linee sunt latera dicte superficiei. Et hoc est quod volumus.




## Propositio .20.

Cum adiuncta fuerit linee in lõgitudine rõnali superficies equalis quadrato linee medialis lat⁹ eius scõm potentialitãtũ erit rõnale lateriq; primo i lõgitudine icõmẽsurabile

¶ Hec est quasi conuersa premisse. Sit. a. linea medialis. sitq;




linea.b.c. rationalis in longitudine cui adiungatur superficies. b.d. equalis quadrato linee.a.ꝙ hoc modo fiet: subiungatur duabus lineis.b.c.⁊.a.linea.c. d.i cõtinua proportionalitate: ut docet.10.sexti: eritq; superficies ex.b.c.in.c.d. equalis quadrato linee.a.per.16.eiusdẽ: dico latus eius ꝑm quod est.d.c.esse rõnale in potentia tm̃ ⁊ incõmensurabile in longitudine lateri.b.c. Eritq; ex premissa ꝑ diffinitionẽ linee medialis ut linea.a.possit in aliquẽ superficiẽ contentam a duabus lineis potentia tm̃ rõnalibus cõmunicantibus que sit superficies.e.g.cuius latera e.f.⁊.f.g.eruntq; due superficies.b.d.⁊.e.g.per primam partem.13.sexti: laterum mutuorum propter hoc ꝙ ipsi sunt equales ⁊ rectangule: ꝓportio ergo.b.c.ad.c.f.est sicut.f.g.ad.c.d.quare ꝑ.10.cũ.b.c.cõicet i potentia cũ.e.f.eo ꝙ q̃drata vtriusq; earuz sunt rõnalia ex ypothesi.f.g.cõicabit in potentia cum.c.d. cũ igit̃ quadratum.f.g.sit rõnale per ypothesim: erit quoq; quadratũ.c.d.rõnale per diffinitionem: at qꝛ superficies.b.d.est irrõnalis sicut sua equalis.e.g. per premissã.sequitur vt quadratum linee.c.d.nõ cõicet cũ superficie. b.d. ⁊ quia quadratũ linee c.d.ad superficiem.b.d.est per primam sexti: sicut.c.d.ad. c.b. erit per secundam partem.10.ut.c.d.non cõmunicet cum.b.c.quare cum.b.c.sit rõnalis in longitudine ex ypothesi: erit.c.d.irrõnalis in longitudine ⁊ potentia tm̃ rationalis: patet ergo proposita conclusio.

## Propositio .21.




Omnis linea communicans mediali est medialis.

¶ Sit linea.a.medialis cui ponatur linea.b.esse cõmunicans siue in longitudine siue in potentia tm̃: dico ꝙ etiam linea.b.est medialis. Sit enim linea.c.d. rationalis i longitudine cui adiungatur superficies.c.f.equalis quadrato linee.a.⁊ item superficies.e.g.equalis quadrato linee.b.hoc autem qualiter .iat in premisse demonstratione dictũ ẽ. Eritq; per premissam linea .d.f. rõnalis in potentia tm̃ ⁊ incõmensurabilis linee.c.d.et quia per primam sexti.e.g.ad.c.f.sicut.f.g.ad.d.f.cõicat autem. e.g.cum. c.f.eo ꝙ quadratum.b .communicat cum quadrato. a.per ypothesim: quibus quadratis dicte superficies posite sunt equales: sequitur per primaz partem.10.ut linea.f.g.cõmunicet cum linea.d.f.quare.f.g.est rõnalis i potentia tm̃ sicut est.d.f.⁊ incõmensurabilis in longitudine linee.c.f.cũ linea.d.f.sibi cõmunicans sit incõmẽsurabilis eidem.e.f.eo ꝙ sue equali: hoc enim probatum est in.8.qd̃ si fuerint due quantitates cõicantes cuicũq; vna earuz non cõicat nec reliqua: itaq; per.19.erit superficies.e.g.medialis ⁊ eius latus tetragonicum quod est.b. mediale quod est propositũ. ¶ Silr̃ quoq; omnes superficies cõicans superficiei mediali medialis eẽ conuincitur. Sit eni superficies.a.medialis cui ponatur superficies.b.esse cõicans dico superficiem.b.esse medialem quod sic constabit. sit linea.c.d.rõnalis in longitudine: adiungaturq; ei superficies.c.e.que sit equalis superfiiciei.a.qd̃ hoc modo fiet. Inueniatur linea.c.f.ad quã sic se habeat vnum ex lateribus superficiei.a. sicut linea.c.d.se habet ad reliquum. hec autem linea qualiter reperiatur in. 10.sexti dictum est. Eritq; ex.15.eiusdem superficies.d.f.equalis.a.itẽq; eodem modo ad lineam.e.f.adiũgatur superficies.e.g.que sit equalis.b. erit itaq; per.20.linea c.f.potentia tm̃ rõnalis: erit quoq; linee.c.d.in longitudine incõmensurabilis. Et quia.a.⁊.b.erant cõicantes ex ypothesi: erunt quoq;.c.e.⁊.e.g.eis equales cõicantes: itaq; per primam partem sexti ⁊ per primaz partem.10.huius erunt due linee c.f.⁊.f.g.cõicautes in longitudine. ¶ Est igitur linea.f.g.rõnalis in potentia tm̃ ⁊



linee.e.f.incõmensurabilis in longitudine:quare per.19.superficies.e.g.erit medi
alis:cum linea.e.f.sit rõnalis i longitudine sicut.c.d.sibi equalis:cũ sit ergo.b.eq̃/
lis.e.g.erit quoqz.b.medialis qõ ẽ propositũ. ¶Et nota q̃ omnes superficies me
diales cõicantes cõponunt superficiem medialẽ. Vnde tota .d.g.ẽ medialis:q̃ cũ
due linee.c.f.z.f.g.sint rõnales in potẽtia tm̃ z nõ cõmunicantes in longitudine
sequitur ut tota.c.g.sit rõnalis in potẽtia tm̃ z nõ cõicãs.c.d.i longitudine.itaqz
p.19.d. g.ẽ medialis Eodẽqz mõ si sint plẽs.

## Propositio .22.

OMnis differentia qua habundat mediale a mediali:irra
tionalis esse probatur.

¶Sit vtraqz duaꝝ superficierũ.a.b. z.a. medialis:dico q̃ supficies
b.que est eaꝝ differentia ẽ irrõnalis.Sit eni linea.c.d.rõnalis i lon/
gitudine cui adiungat̃ superficies.d.e.equalis supficiei.a.z superfici/
es.d.f.equalis totali superficiei.a.b. hoc aũt qualiter fiat in premissa docuim9:q̃
ergo.d.f.est equalis.a.b.z.d.e.equalis.a.erit p cõceptionẽ.g.f.equalis.b. Si ita/
qz supficies.b.nõ est irrõnalis sed rõnalis:erit z.f.g.sua equalis rõnalis. At cum
linea.e.g.sit rõnalis in longitudine sicut sua equalis.c.d.erit per.16.linea. e.f. ra/
tionalis in longitudine z cõmunicãs linee.e.g. p.20. aũt est vtraqz duaꝝ linearuz
c.e.z.c.f.potentialiter tm̃ rõnalis z linee.c.d.incõmensurabilis i longitudine: ita
qz.e.f.linea est incõmensurabilis linee.c.e.in longitudine. Et quia per primã sexti
quadratum linee.e.f.ad superficiem que fit ex.c.f.in.c.e.ẽ sicut.c.f.ad. c.e.sequit̃
per scõam partem. 10.ut quadratũ linee.c.f. sit incõmensurabile supficici facte ex
e.f.in.c.e. quare z ipsũ quadratũ erit incõmensurabile duplo supficiei ex.e.f.i.c.e
quadratũ vero.c.e.cum sit rõnale est cõicans quadrato e.f.totum igitur ex ambo
bus compositũ erit per.9. cõicans quadrato e.f.z idco incõmensurabile duplo su/
perficiei ex.e.f.in.c.e. Et q̃ per quartã scõi quadratũ linee.c.f.ẽ.equale duob9 qua
dratis duaꝝ lineaꝝ.c.e.z.e.f.z duplo supficici ex.c.e.in. e.f. et duplũ superficiei
c.e.i.e.f.ẽ incõmensurabile aggregato ex duob9 quadratis duaꝝ lineaꝝ.c.e.z.e.f.
sequitur per ea que addita sunt in.9.ut quadratũ.c.f.sit incõmensurabile aggre/
gato ex duobus quadratis duaꝝ lineaꝝ.c.e.z.e.f.at cũ aggregatũ ex bis quadra/
tis sit rõnale:sequit̃ quadratũ linee.c.f.nõ esse rõnale: z ideo linea.c.f.nõ ẽ ratio/
nalis in potentia: z idcirco nõ erit superficies.d.f.medialis neqz.a.b.sibi equalis
quod est inconueniens cum sit contrarium positis:relinquitur igitur q̃ superficies
b.est irrationalis:quod est propositum.




## Propositio .23.

OMnis superficies quã cõtinẽ due linee mediales poten
tialiter tantũ cõicantes:aut rõnalis est aut medialis.

¶Sint due linee.a.b.z.b.c.mediales potentia tm̃ cõmunicãtes:di/
co q̃ superficies.a.c.ab eis contenta aut est rõnalis aut medialis
Sint enim.c.d.quadratũ linee.b.c.z.a.c.quadratũ linee.a.b. erunt
qz ex ypothesi hec duo quadrata communicantia z erit per primam sexti superfi/
cies.a.c.medialis medio loco proportionalis iter ipsa quadrata. Sumatur igitur
linea.f.g. que sit rationalis in longitudine:cui adiungatur superfices. f.b. equa/
lis quadrato.a.e.z.b.k.equalis superficici.a.e.z.k.l.equalis quadrato.d.c.erunt
qz hec tres superficies.f.b.b.k.z.k.l.continue proportionales sicut sunt sue eq̃les




a.c.a.c.z.d.c.quare per primã ſexti erunt etiam tres linee.g.b.b.m. z.m.l.q̃ ſunt baſes earum continue proportionales: z cuz ſuperficies.f.b.z.k.l.ſint cõmunicãtes ſicut duo quadrata.a.c.z.c.d.eis equalia: ſequitur per primã ſexti z.10.hui⁹ vt linea.g.b.ſit cõmunicans cum.m.l.vtraqz autem earum eſt rõnalis in potẽtia per 20.huius:igitur ſupficies vnius eaꝝ in alteram eſt rõnalis: omnis enim ſuperficies quam continent due linee rõnales in potentia : cõmunicantes in longitudine neceſſario eſt rationalis ut patet ex prima ſexti z prima pte. 10.huius z ex diffinitiõe ſuperficierum rõnalium: z quia ex prima pte.16.quadratum linee.b.m. eſt equale ſuperficiei ex.g.b.in.m.l.erit quadratuz linee.b.m.rõnale. Si ergo linea.b.m.eſt rationalis in longitudine ſiue cõicans linec.k.m.que eſt equalis linee. f.g. erit per 15.ſuperficies.b.k.rõnalis:ideoqz z ſua equalis.a.c.ſi autẽ linea.b.m. ſit irrõnalis in longitudine ſiue incõmenſurabilis linee.k.m.que ẽ equalis linee.f.g. cũ ipſa ſit rationalis ſaltem in potentia: eo qꝺ ſuũ quadratũ eſt rõnale:erit ex.19.ſuperficies.b.k.medialis:quare z ſua equalis.a.c.conſtat ergo propoſitũ. ¶Et nota qꝺ ſi due linee.a.b.z.b.c.eſſent mediales in longitudine cõmunicantes: eſſet ſupficies a.c.medialis tm̃:eſſet enim ſuperficies.a.c. cõmunicans vtriqz duoꝝ quadratoꝝ a.e.z.c.d.per primã ſexti z per preſentẽ ypotheſim z per.10.huius:z ideo ſuperficies.b.k.ſibi equalis.a.c.eſſet cõmunicãs vtriqz ſuperficiei.f.b.z.k.l.igit̃ per p̃ma ſexti z.10.huius linea.b.m. eſſet cõmunicans vtriqz duaꝝ lineaꝝ. g.b.z.l.m.z qz bee ambe ſint rõnales in potẽtia tm̃:non cõicantes in longitudine linee.f.g. eẽt quoqz.b.m.rõnalis in potẽtia tm̃: nõ cõmunicantes in longitudine linee.f.g .z iõ nec cõmunicans linee.b.d.quare per.19. erit ſuperficies.b.k.medialis tm̃. z ideo etiam.a.c.ſibi equalis:Si autẽ due linee.a.b.z.b.c.eſſent mediales neqz in longitudine neqz in potentia cõicantes:ſuperficies.a.c.non eſſet rõnalis neqz medialis ſi enim ſic eſſet ſcz qꝺ due linee.a.b.z.b.c.eſſent mediales neqz in longitudine in potentia cõicãtes:eẽnt duo quadrata.a.c.z.c.d.incõmunicantia.itaqz z due ſupficies.f.b.z.k.l.eis equales quoqz: eẽnt incõicãtes:quare z due linee. g.b.z. m.l. eſſent incõmẽſurabiles per primã ſexti z per ſcõam p̃tẽ.10.z qz vtraqz eaꝝ ẽ rõnalis tm̃ in potentia p.20.eſſet ſupficies vnius eaꝝ ad alterã medialis per.19.cũ ergo quadratũ linee.b.m.ſit equale dicte ſuperficiei que fit ex.g.b.in.m.l.per primã partẽ.16.ſexti eẽt per.19.linea.b.m.linea medialis:per.15.ergo nõ eſſet ſuperficies b.k.rõnalis:nec etiã per.20.medialis:quare nec ſua equalis.a.c.

## Propoſitio .24.

DUas líneas mediales potentia tantum cõmunicantes ſupficiemqz rationalem continentes quarum longior ſit potentior breuiore:augmento quadrati linee cõmunicantis eidem longiori in longitudine inuenire.

¶Cum omnes due lince mediales potentia tantũ cõmunicantes cõtineant ſuperficiem rõnalem aut medialez ut ex premiſſa patet: docet inuenire eas duas que continent ſuperficiem rõnalem z eas que medialem. Vnde propoſitum eſt inuenire duas lineas mediales potentia tantum communicantes: quaruz longior poſſit amplius breuiori in quadratõ alicuius linee ſibi cõmunicantis in longitudine que contineant ſuperficiem rõnalem. ¶Ad hoc ꝑm doctrinam.17.Sumo duas lincas.a.z.b.potentia tantũ rõnales communicantes quarum longior que

sit.a.possit amplius breuiori que sit.b.in quadrato alicuius linee secum ꝯmuni/cantis in longitudine: ⁊ ponam lineam.c.scdm doctrinā.9.sexti medio loco ꝓpor/tionalem inter.a.⁊.b. ⁊ ponam ut sit proportio.a.ad.b.sicut.c.ad.d.ꝙ qualiter fiat in.10.sexti dictum est. Dico tunc duas lineas.c.⁊.d.esse quas querimus: patet enī ex.19. ꝙ superficies quā cōtinent due linee.a.⁊.b.ē medialis: ⁊ qꝛ ꝑ primā ꝑtē 16.sexti quadratū linee.c.est dicte superficiei equale erit igitur per.19.linea.c.medialis. Cū autē sit.a.ad.b.sicut.c.ad.d.⁊.b.cōmunicat cū.a.in potentia tm̄ ex ypothesi: qꝛ tam.a.q̄ꝫ.b.rōnalis est in potentia sequitur per.10.ꝙ.c.quoqꝫ cōicet cum d.in potentia tm̄.itaqꝫ per.21.cuꝫ.c.sit linea medialis: erit etiā.d.medialis: ⁊ per primā ꝑtē.12.erit linea.c.potentior linea.d.in quadrato linee sibi ꝯmunicātis in lōgitudine. Si ergo due linee.c.⁊.d.contineant superficiem rationalē ipse sūt quales inquirimus. Eas aūt cōtinere suꝑficiē rationalē sic habeto: cū sit.a. ad.b.sicut c.ad.d.erit permutatim a.ad.c.sicut.b.ad.d.sed erat.a.ad.c.sicut.c. ad.b. igitur est.c.ad.b.sicut.b .ad.d .itaqꝫ per primā partē.16.sexti superficies quā continent due linee.c.⁊.d.est equalis quadrato.b.est aūt quadratū.b.rationale per ypothe. cum ipsa sit rationalis in potentia: superficies ergo quam continent due linee.c.⁊ d.est rationalis: quare constat propositum.




## Propositio .25.

Duas lineas mediales potentia tantū cōmunicātes superficiemqꝫ rōnalem cōtinentes: quaꝝ longior sit potentior breuiori quadrato linee eidem longiori in longitudine incōmensurabilis inuenire.

¶ Positis duabus lineis.a.⁊.b.rōnalibus potētia tm̄ cōicantibus quarum longior possit amplius breuiori quadrato linee secum non cōmunicantis in longitudine: que quidē reperiunt̄ ꝟm doctrinā .18.ceterisqꝫ positionib⁹ manentibus sicut in p̄missa argumētando modo cōsimili: patebit duas lineas.c.⁊ .d.esse quales querimus. Et nota ꝙ due linee quas hec ⁊ premissa docent inuenire componunt bimediale primū: ⁊ minori earum abscisa de maiori que reliqua est: dicitur residuum mediale primum.




## Propositio .26.

Duas lineas mediales potentia tantū cōmunicantes superficiemqꝫ medialem continentes quarum longior breuiore tanto amplius possit quantū est quadratum alicuius linee incōmensurabilis ipsi longiori ī lōgitudine inuenire.

¶ Cū docuerit īuenire duas lineas mediales potentia tātū cōicantes superficiēqꝫ rationalē continentes: quaꝝ longior plus possit breuiori in quadrato linee secum cōmunicantis in longitudine ⁊ secum incōmensurabilis in longitudine Nunc docet inuenire duas lineas mediales potentia tantū cōicantes superficiemqꝫ medialem continentes quaꝝ longior sit potentior breuiori in q̄drato linee nō secum cōicantis in longitudine. sed solū sibi incōmensurabilis in longitudine. Illud enim facile habetur ex isto. Sint itaqꝫ tres linee sumpte ꝟm ꝙ doctrinā.18.a.b.c. potentia tm̄ rōnales ⁊ ī ea solū cōicantes. sitqꝫ.a.potentior.b.⁊.c.quadrato linee sibi incōmensurabilis in longitudine: ⁊ ponatur.d.medio loco ꝓportionalis inter a.⁊.b.ut docet.9.sexti: ⁊ sit.d.⁊.e.sicut.a.ad.c. dico duas lineas.d.⁊. e. esse q̄les inquirimus. cum sit enim quadratū linee.d.equale superficiei que continetur sub.a




z.b.per primã partẽ.16.sexti. Sitq3 superficies contẽta sub.a.z.b.medialis: ex.19. cum.a.z.b.sint potentia tm̃ rõnales conicantes:erit ex eadem linea.d.medialis. quia.a.ad.c.sicut.d.ad.e.cõmunicat autẽ.a.cũ.c.in potentia tantũ ex ypothesi sequitur ex.10.ut.c.quoq3 cõmunicet cũ.d.in potẽtia tm̃. Itaq3 per.21.erit.e. linea medialis.et etiã q2.a.est potentio2.c.quadrato linee sibi incõmensurabilis in longitudine erit quoq3 p.12.d.potẽtio2.e.q̃drato linee sibi icõmẽsurabilis i lõgitudic Si igitur due linee.d.z.e.contineant supficiẽ medialẽ constat eas esse quales iquirimus: Eas autẽ continere superficiem medialẽ.sic habeẽ:cum sit ex ypothesi.a.ad c.sicut.d.ad.e.erit permutatim.a.ad.d.sicut.c.ad.e.sed.a.ad.d.est sicut.d. ad.b. p ypothesim:itaq3.d.ad.b.sicut.c.ad.e.igitur per primã partẽ.15.sexti:superficies quã continẽt.d.z.e.est equalis ei quã ꝓtinẽt.c.z.b.sed.b.z.c. continent superficiẽ medialem per.19.cum ipsi sint rationales i potentia tm̃ cõicantes ex ypothesi:itaq3.d.z.e.continent superficiẽ medialẽ:qõ est propositũ. ¶Si autẽ cura esset inuenire duas lineas mediales potentia tm̃ cõmunicantes supficiẽq3 medialem continentes:quaꝝ longio2 esset potentio2 breuiori quadrato linee secum cõicanti s i longitudine:Sumeramus tres lineas ꝑm doctrinã.17.a.b.c.potentia tm̃ rationales z in ea solum cõmunicantes:z ponerem⁹ lineam.a.esse potentiorẽ linea.c.quadrato alicuius linee sibi cõmunicantis in longitudine:cetera vero manerent ut prius z argumentatione consimili concluderemus duas lineas. d.z.e.esse quales proponiẽ inquirere. Et nota q̃ due linee quas hic.26.docet inuenire:cõponũt bimediale scõm z minori earum abscisa de maiori que reliqua est dicitur residuũ mediale secundũ.

## Propositio .27.

Duas lineas potentialiter incõmensurabiles superficiẽq3 medialem continentes quaru3 quadrata ambo pariter accepta sint rationale inuenire:

¶Propositum est inuenire duas lineas incõmensurabiles tam i potentia q̃3 in longitudine que contineant superficiem medialem z quadrata ambarum pariter accepta faciant superficiem rationalem:ad hec autẽ sumo per.18.duas lineas.a.b.z.c.d.potẽtia tantũ rationales cõmunicãtes quaꝝ longio2 que sit.a.b.sit potentio2.c.d.quadrato alicuius linee secũ incõmensurabilis in longitudine z super lineã.a.b.describo semicirculum.a.e.b. z diuido lineam.c:d. per equalia ad punctum.f.z diuido lineam.a.b.ad punctum.g.itaq3 linea.e.f.cadat in medio loco proportionalis inter.a.g.z.g.b. et qualiter hoc fiat in.13.dictũ est: z pono q̃ superficies.b.b.fiat ex.a.g.in.g.b.eritq3 ex prima pte.16.sexti quadratum.c.f.equale superficiei.b.b.z quia quadratũ.c.f.est equale quarte pti quadrati.c.d.ex quarta scõi:z q2 supficiei.b.b.deest ad cõplendũ lineam. a.b.superficies quadrata cuꝝ.a.g.sit equalis.g.b.z quia linea.a.b.potentio2 est linea.c. d.q̃drato linee sibi incõmensurabilis in longitudine ex ypothesi:erit ex scõa parte.14.linea.a.g.incõmensurabilis linee.g.b.educo igitur a puncto.g.perpendicularem super lineam.a.b.vsq3 ad circũferentiam semicirculi que sit.g.e.z protrabo lineas.a e.z.e.b.quas dico esse quales querimus.erit enim.e.g.equalis.c.f. eo q̃ vtraq3 cadit medio loco proportionalis inter.a.g.z.g.b.prima quidem per primam partẽ coneẽ.8.sexti.scõa vero per ypothesim: propter qõ quadratum vtriusq3 earum per primam partem.16.sexti est equale superficiei.a.g.in.g.b.que est.b.b. ipsi igit̃ sũt



equales. At quia per quartã sexti ꝓportio. a.e. ad. e.b. ẽ sicut. a.g. ad. g.c. sunt aũt a.g. ⁊ g.e. ⁊ g.b. ꝓtinue ꝓportionales erit. a.e. ad. e.b. duplicata sicut. a .g. ad. g. b. quare ꝑ. 18. sexti erit quadratũ linee. a.c. ad quadratũ linee. e.b. sicut. a.g. ad. g.b cum sit igitur. a.g. incõicans. g.b. erit per scõam ptem. 10. quadratũ. a.e. incõicans quadrato. e.b. quare due linee. a.e. ⁊. e.b. sunt incõmẽsurabiles in potentia. Et qꝛ ꝑ penultimã primi quadratũ. a.b. ẽ eq̃le q̃dratis duaꝝ linearꝝ. a.e. ⁊. e.b. piter accep/ tis q̃dratũ aũt. a.b. ẽ rõale: cũ. a.b. sit rõnalis i potẽtia ꝓ ypothe. erũt quoq; q̃/ drata duaꝝ linearꝝ. a.e. ⁊. e.b. piter accepta rõnale. Si vero hee due linee cõtinent superficiem medialem habitũ ẽ ꝓpositũ. erat aũt. c.d. rõnalis in potẽtia ⁊ in ea tm̃ cõicans linee. a.b. quare ⁊. c.f. ⁊ iõ etiã. g.e. sibi equalis erit potentia rõnalis ⁊ tm̃ in cadẽ cõicans cũ. a.b. itaq; ꝑ. 19. supficies. a.b. in. g.e. est medialis: qꝛ igit̃ ꝓ quar tã sexti ⁊ per primã ptẽ. 15. eiusdẽ supficies. a.e. ⁊. e.b. ẽ sibi. ſ. supficiei. a.b. in. g.e. equalis cõstat duas lineas. a.e. ⁊. e.b. esse quales volumus. ¶ Et nota q; due linee quas docet hec. 27. inuenire cõponunt lineã maiorẽ ⁊ minori eaꝝ absciſa que reli/ qua est dicitur linea minor.

## Propositio .28.

Duas lineas potentialiter incõmensurabiles superficiẽq; rationalem continentes quaꝝ ambo quadrata pariter ac/ cepta sint mediale inuenire.

¶ Sit hic prorsus eadẽ dispositio que prius in premissa. Sint autem due linee. a.b. ⁊. c.d. quales ꝓponit. 25. eruntq; simili argumẽtatiõe premisse due linee. a.e. ⁊. e.b. quales hec. 18. proponit. Cum sit enĩ. a.b. linea me/ dialis erit eius quadratũ mediale per. 19. ⁊ iõ quadrata duaꝝ linearꝝ. a.e. ⁊. e.b. sunt mediale per penulẗ. primi: ⁊ quia. a.b. i. c.d. ꝓtinet supficiẽ rõnalem: sequitur etiã ut. a.b. in. c.f. ⁊ ideo in. g.e. sibi equalẽ cõtineat superficiẽ rõnalem: itaq; ⁊. a.e in. c.b. patz ergo qõ queriẗ. ¶ Unde due linee quas hec. 28. docet inuenire cõponũt lineã potentẽ in rõnale ⁊ mediale ⁊ minori eaꝝ absciſa de maiori que reliqua ẽ di/ citur linea que iuncta cum rationale componit totum mediale.




## Propositio. 29.

Duas lineas potentialiter incõmensurabiles superficiẽq; medialẽ continentes quaꝝ quadrata ambo pariter acce/ pta sint mediale duplo superficiei vnius in alterã incõmẽ/ surabile inuenire.

¶ Huius quoq; dispositio a duaꝝ premissaꝝ dispositione non sit in quoquã diuersa. Sint aũt linee due. a.b. ⁊. c.d. quales. 26. ꝓponit eruntq; ꝑmissa argumentatione due linee. a.e. ⁊. e.b. quas inquirimus. Cũ enim. a.b. sit linea me dialis erunt quadrata duaꝝ linearꝝ. a.e. ⁊. e.b. pariter accepta mediale. at cum. a.b ⁊. c.d. contineat superficiem medialẽ. sequit̃ ut. a.b. in. c.f. ⁊ ideo in. e.g. sibi equa/ lem contineat quoq; superficiẽ medialẽ: omnis enĩ superficies mediali cõmunicãs medialis esse conuincit̃: quẽadmodũ in. 21. monstratũ est: supficies igit̃. a.e. i. e.b medialis est cũ ipsa sit equalis supficiei. a.b. in. g.e. Quia vero linea. a.b. ẽ incõ/ mensurabilis linee. c.d. erit etiã incõmensurabilis linee. c.f. quare ⁊ linee. e.g. qua/ re per primã sexti ⁊ scõam ptẽ. 10. huius: superficies. a.b. in. e.g. que est equalis su perficiei. a.e. in. e.b. erit incõmensurabilis quadrato linee. a .b. itaq; ⁊ quadratis duarum linearum. a.e. ⁊. e.b. pariter acceptis: qõ cũ ita sit sequitur quoq; vt du/ plum superficiei. a.e. in. e.b. sit incõmensurabile quadratis predictis duaꝝ linearũ

a.c.ꝛ.c.b.pariter acceptis ꝛ hoc erat mōſtrandū .¶Due linee quas hec.29.docet inuenire cōponūt lineā potentē in duo medialia ꝛ minori earꝫ abſcisa de maiori q̄ reliqua eſt dicit̄ linea que iuncta cum mediali facit totum mediale.

## Propoſitio 30.

SI due linee potentialiter tantū rōnales cōmunicantes in longum directumq3 coniungantur:tota linea ex his com/poſita erit irrationalis:diceturq3 binomium.

¶Sint due linee.a.b.ꝛ.b.c.in cōtinuū directūq3 cōiuncte rōnales in potentia tm̄ cōcantes:quas p.17.ꝛ.18.reperies: dico totā lineā.a.c ex eis cōpoſitā eſſe irrōnalem ꝛ ipſa vocatur binomiū. Eſt eni per quartā ſecundi quadratū.a.c.equale quadratis duarꝫ linearꝫ.a.b.ꝛ.b.c.ꝛ duplo ſupficiei vni9 ea/rum in alterā:quadrata aūt ambarꝫ faciunt ſupficiē rōnalem ex ypotheſi:duplū ve ro ſuperficiei vnius earꝫ in alterā facit ſupficiē medialē ex.19.itaq3 quadrata amba rū pariter acceptarꝫ faciunt ſupficiē incōmenſurabilē duplo ſupficiei vnius earum in alterā.erit igit̄ ex.9.quadratū.a.c.incōmenſurabile duobus quadratis duarum linearꝫ.a.b.ꝛ.b.c.piter acceptis quare irrōnale p diffinitionē cū duo illa quadrata faciāt ſupficiē rōnalem.ideoq3 ſuum latus tetragonicū quod eſt.a.c. irrōnale quo q3 p diffinitionē:ꝓſtat ergo ꝓpoſitū. Propoſitio .31.

SI due linee mediales potentia tantū cōicantes ſuperfici emq3 rationalē continentes directe coniungant̄:tota li/nea ex his cōpoſita erit irrōalis dicet̄q3 bimediale ꝑmū.

¶Sint due linee.a.b.ꝛ.b.c. i cōtinuū directūq3 ꝓiuncte quales ꝓ/ponuntur quas p.24.ꝛ.25.reperies:dico totam lineā.a.c.eſſe irrōna lem ꝛ ipſa vocatur bimediale ꝑmū.Eſt eni duplū ſupficici.a.b. i.b.c. rōnale per ypothe.duoq3 quadrata duarꝫ linearꝫ.a.b.ꝛ.b.c.piter accepta faciunt mediale.cuj vtrūq3 quadratū ſit mediale per ypotheſim ꝛ vnū coꝫ cōicans alij:duplū igitur ſu perficiei vnius earꝫ in alterā eſt incōicans duob9 quadratis piter acceptis : totum ergo aggregatū ex duplo ſupficici ꝛ duobus quadratis ꝛ ipſū ē quadratū toti9.a.c.per quartā ſcōi ē incōmenſurabile duplo ſupficiei vnius earꝫ in alterā p.9.huius cū itaq3 duplū ſupficiei ſit rōnale erit quadratū.a.c. irrōnale. ideoq3 ꝛ linea .a.c. qō ē ꝓpoſitū. ¶Idē aliter:ſit linea.d.e.rōnalis in longitudine cui adiungat̄ ſup/ficies.d.f.equalis duobus quadratis duarꝫ linearꝫ.a. b. ꝛ.b.c. eritq3 ſupficies hec d.f.medialis cum vtrūq3 quadratū ſit mediale per ypothe .ꝛ vnū coꝫ cōicans alij quare per.20.linea.d.g.eſt rōnalis in potentia tm̄:non cōicans in longitudine li/nee.d.e.rurſus ad lineā.f.g.que eſt equalis.d.e.adiūgat̄ ſupficies.f.b.equalis du/plo ſuperficiei. a.b.in.b .c.eritq3.f.b.rōnalis per ypotheſim:quare per.16.linea.g b.erit rōnalis in longitudine:due itaq3 linee.d.g.ꝛ.g.b. ſunt potentialiter rōna/les ꝛ in ea tm̄ cōicantes:ergo p.30.tota linea ex eis cōpoſita que eſt.d.b.eſt bino/miū ꝛ irrōnalis:quare p.16.a deſtructione ꝓtis ſupficies.e.b.ē irrōnalis.At quia p quartā ſcōi latus ei9 tetragonicū ē linea.a.c.ipſa erit irrōnalis p diffinitionē qō oportuit demōſtrari. Propoſitio .32.

SI due linee mediales potentialiter tantum cōmunicantes ſuperficiemq3 medialē continentes directe coniungantur tota linea erit irrōnalis diceturq3 bimediale ſecundum.

¶Sint due linee.a.b.ꝛ.b.c.in cōtinuū directumq3 ꝓiūcte ut ꝓponit̄

quas per.26.contingit reperiri: dico totā.a.c.ex eis cōpositā esse irrōnalem ⁊ ipsa vocatur bimediale scōm. Esto enim linea.d.e.rōnalis in longitudine cui adiungatur supficies.d.f.equalis duobus quadratis duaꝝ lineaꝝ.a.b.⁊.b.c.piter acceptis ⁊ quia ex ypothesi duo illa quadrata sunt cōicantia: ⁊ vtrūqꝫ mediale: erit superficies.d.f.medialis quare per.20.linea.d.g.que est eius latus scōm est rōnalis i potentia tm̄: ⁊ linee.d.e.incōmensurabilis in longitndine: Rursus adiungaꝫ ad lineā g.f.que est equalis linee.d.e.supficies.f.b.equalis duplo supficiei.a.b.in.b.c.erit qꝫ etiā supficies.f.b.medialis: erat enī per ypothesim supficies.a.b.i.b.c.medialis. ergo duplū eius cui est equalis.f.b.erit mediale per.20.igitur est linea.g.b.rationalis in potentia tm̄ ⁊ incōmensurabilis in longitndine linee.g.f.qꝫ vero.a.b.⁊.b.c.sunt potentialiter tm̄ cōicantes erit p primā sexti ⁊ per scōam ptem.10.huius supficies vnius in alterā incōmensurabilis quadrato vtriusqꝫ. At qꝫ quadrata eaꝝ cōicant per ypothesim: erit dicta supficies quare ⁊ duplū eius incōicans duob⁹ quadratis earū pariter acceptis: due ergo supficies.d.f.⁊.f.b.sunt incōicantes: p primam itaqꝫ sexti ⁊ scōam ptē.10.huius erit linea.d.g incōmensurabilis linee.g.b. que cū sint rōnales in potētia: erit per.30.tota linea.d.b.binomium ⁊ irrōnalis: ergo per.16.a destructione p̄ntis erit supficies.e.b.irrōnalis. Et qꝫ latus eius tetragonicū per quartā scōi est linea.a.c. sequitur per diffinitionē qꝫ linea.a.c. sit irrationalis: qō ꝓpositū erat ostendere.




## Propositio .33.

CUm coniuncte fuerint due linee potentialiter incōmensurabiles supficiēqꝫ medialē continētes quaꝝ ambo q̄drata piter accepta fūt rōnale: tota linea erit irrōnalis diceturqꝫ linea maior.

¶ Sint due linee.a.b.⁊.b.c.sibi in continuum directumqꝫ coniuncte sicut ꝓponitur: quas cōtingit ex.27.repire: dico.a.c.ex eis cōpositā esse lineā irrationalē ⁊ ipsa vocaꝫ linea maior. Cū enī ambo quadrata piter accepta sint rōnale supficies vero alteri⁹ in alterā quare et eius duplū medialis p ypothesim: erit totū ex duobus quadratis piter acceptis incōicans duplo supficiei vnius in alterā. itaqꝫ totū aggregatū ex duobus quadratis ⁊ duplo supficiei ⁊ ipsū est equale quadrato a.c. per quartā icōi: erit p.9.hui⁹ incōmensurabile duobus quadratis.a.b.⁊.b.c.piter acceptis: per diffinitionē ergo ē quadratū linee.a.c. irrōnale ⁊ linea.a.c. irrōnalis qō ē ꝓpositū. ¶ Idē aliter sicut i p̄missis ad lineā.d.c.que sit rōnalis in longitudine adiungaꝫ supficies.d.f.que sit equalis duobus quadratis duaꝝ lineaꝝ.a.b.⁊.b.c. pariter acceptis eritqꝫ rōnalis per ypothesim quare per.16.latus eius scōm qō est.d.g. erit etiā rōnale in longitudine ⁊ cōicans linee.d.e. Rursus ad lineā.f.g. adiungatur superficies.f.b.equalis duplo supficiei.a.b.in.b.c. eritqꝫ medialis per ypothesiꝫ: quare per.20.linea.g.b.que est eius lat⁹ scōm ē rōnalis in potentia tātū per.30.igitur est linea.d.b.binomiū ⁊ irrōnalis: ideoqꝫ per.16.a destructione consequentis superficies.e.b.est irrationalis quare latus eius tetragonicum quod per quartaꝫ secundi est.a.c.ē irrationale per diffinitionem: qō volumus ostendere.




## Propositio .34.




Cum cõiuncte fuerint due linee potentialiter incõmensurabiles superficiemq3 rõnalem continentes quax ambo quadrata pariter accepta sint mediale: tota linea erit irrationalis diceturq3 potens in rõnale ⁊ mediale.

¶Sint ut in premissis due linee. a.b. ⁊ b.c. in continuũ directumq3 coniuncte quales ꝓponit̃: ⁊ ipse sunt ex. 28. sumende: dico ꝙ tota linea. a.c. ex eis cõposita erit irrõnalis ⁊ illa vocatur linea potẽs i rõnale ⁊ mediale. Cũ sit enĩ superficies. a.b. in. b.c. rationalis per ypothesim. ideoq3 ⁊ duplũ eius ac ambo quadrata pariter accepta sunt mediale: sequitur per quartã secũdi ⁊. 9. huius quẽadmodũ in premissis ꝙ quadratũ totius. a.c. sit incõicans duplo superficiei. a.b. in. b.c. ꝓ diffinitionẽ igitur ipsũ est irrõnale ⁊ linea. a.c. irrationalis qõ ẽ ꝓpositũ. ¶Idẽ aliter: sit vt in premissis linea. d.e. rationalis in longitudine superficieiq3. d.f. sibi adiuncta equalis duobus quadratis pariter acceptis duax̃ linea x̃. a.b. ⁊ b.c. erit q3 medialis per ypothesim: p. 20. igitur: erit linea. d.g. rõnalis in potentia tm̃ nõ cõmunicans in longitudine linee. d.e. Sitq3 superficies. f.b. adiuncta ad lineã. g.f. equalis duplo superficiei. a.b. in. b.c. critq3 rõnalis per ypothe. ⁊ iõ p. 16. latus ei⁹ fm quod ẽ. g.b. rõnale in longitudine quare per. 30. linea. d.b. ẽ binomium ⁊ irrationalis: ⁊ superficies. e.b. per. 16. a destructione ꝓ̃tis est irrõnalis. Cum itaq3 linea. a.c. sit eius latus tetragonicũ: per quartã scõi: sequit̃ ut. a.c. sit irrõnalis ꝓ diffinitionem: ꝓstat ergo propositũ.

## Propositio .35.

Cum coniuncte fuerint due linee potentialiter incõmensurabiles superficiemq3 medialẽ cõtinentes quax̃ quadrata ambo pter accepta sit mediale duplo supficiei vni⁹ i alteram incommensurabilem tota linea erit irrõnalis dicetur q3 potens in duo medialia.




¶Sint quoq3 due linee hic. a.b. ⁊ b.c. in cõtinuũ directũq3 cõiuncte ut proponit̃ que ex. 29. sumende sunt: dico ꝙ linea. a.c. ex eis cõposita est irrõnalis ⁊ ipsa dicit̃ potens in duo medialia. Adiungatur enĩ ad lineã. d.e. que sit rõnalis in longitudine superficies. d.f. equalis duobus quadratis duax̃ linea x̃. a.b. ⁊ b.c. pariter acceptis: critq3 medialis per ypothesiz quare per. 20. linea. d.g. erit rõnalis in potẽtia tantũ ⁊ incõmensurabilis. d.e. linee rõnali in longitudine. Rursus ad lineã. g.f. que est equalis. d.e. adiungatur superficies. f.b. que sit equalis duplo supficiei vni⁹ in alterã erit etiã ex ypothesi medialis quare per. 20. linea. g.b. erit rõnalis in potẽtia tm̃. at qr per ypotesim ambo quadrata pariter accepta sunt incommensurabile duplo superficiei vnius in alterã sequitur ut. d.f. sit incõmensurabilis. f.b. quare ꝑ primam sexti ⁊ secundam partẽ. 10. huius linea. d.g. est incõmensurabilis. g.b. per 30. igitur est linea. d.b. binomiũ ⁊ irrõnalis. itaq3 supficies. e.b. est irrõnalis ⁊ ei⁹ latus tetragonicum qõ ẽ. a.c. ut in premissis: quare constat propositũ. Si aũt duplum superficiei. a.b. ⁊ b.c. non esset incõmensurabile ambobus quadratis pariter acceptis esset linea. a.c. medialis. esset enĩ. d.f. cõicans. f.b. ideoq3 linea. d.g. linee. g.b. tota igit̃. d.b. esset rõnalis in potentia tm̃ ⁊ incõmensurabilis in longitudine linee. d.e. per. 19. igit̃ esset supficies. e.b. medialis eiusq3 latus tetragonicum qõ ẽ. a.c. linea medialis. Vt aũt facilior fiat doctrina sequẽtiũ premonstranda arbitramur hoc loco duo quorum primum est.

¶Si aliqua linea per duo inequalia diuidatur quadrata ambarū sectionum pariter accepta: tanto amplius sunt duplo superficiei vni⁹ earū in alteram quantū ē quadratum eius linee qua maior excedit minorē.

¶Sit enī linea.a.b. diuisa per duo inequalia in puncto.c. sitq; maior portio.c.b. de qua sumatur.c d. equalis.a.c. dico q; quadrata duaꝝ linearum.a.c. ⁊.c.b. sunt amplius duplo superficiei vnius i alteram in quadrato lince. d.b. nam quod fit ex.a.c. in.c.b. bis cum quadratis duarum linearū.a.c. ⁊.c.b. est equale ei quod fit ex.a.c. in.c.b. quater cum quadrato.d.b. eo q; vtraq; hec equalia sunt quadrato linee.a.b. primum quidem per quartam secundi scōm vero per.8. eiusdem. Demptis itaq; vtrūq; equalibus videlicet eo qō fit ex.a.c. in.c.b. bis erūt residua q̄ sūt de primo quidē quadrata duaꝝ linearuꝝ.a.c. ⁊.c.b. de secundo vero quod sit ex.a.c. in.c.b. bis cum quadrato.d.b. equalia: quare constat propositū. Ex hoc ergo manifestū est q; si aliqua linea per duo inequalia diuidatur quadrata ambarum partiū pariter accepta plus sunt duplo superficiei vnius earum in alteram. Et hoc ē propter quod istud premisimus.




¶Si aliqua linea per duo inequalia. itemq; alia duo inequalia diuidatur quadrata magis inequalium pariter accepta tanto sunt amplꝰ quadratis minus inequalium pariter acceptis quantū est duplū quadrati illius linee que inter vtrasq; ē sectiones ⁊ quadruplum eius qō fit ex eadem linea in eam que est inter punctū sectionis minus inequalium ⁊ punctum quod diuidit totam lineam per equalia.

¶Sit linea.b. diuisa per duo inequalia in puncto.c. itemq; per alia minus inequalia in puncto.d. rursus per equalia i.e. dico q; quadrata duaꝝ partium magis inequalium que sunt.a.c. ⁊.c.b. tantum sunt amplius duobus quadratis duarum linearum minus inequalium que sunt.a.d. ⁊.d.b. quantum est duplum quadrati linee.c.d. ⁊ quadruplum eius quod fit ex.c.d. in.d.e. sunt enim per.9. secūdi quadrata duarum linearum.a.c. ⁊.c.b. pariter accepta dupla quadratis duarum linearum.b.e. ⁊.e.c. pariter acceptis. at per eandem.9. secundi quadrata duaꝝ linearuꝝ a.d. ⁊.d.b. piter accepta dupla sūt quadratis duarū linearum.b.e. ⁊.e.d. piter acceptis: itaq; quadrata duarum linearum.a.c. ⁊.c.b. pariter accepta excedūt quadrata duarum linearum.a.d. ⁊.d.b. pariter accepta in eo quo duplū quadrati linee.c.e. excedit duplum quadrati linee.d.e. hoc autē per quartam secundi est duplum quadrati linee.c.d. ⁊ quadruplum eius quod fit ex.c.d. in.d.c. quare cōstat propositum. Ex hoc manifestum est q; quanto fuerint sectiones alicuius lince magis inequales tanto erunt earū quadrata pariter accepta maiora: ⁊ hoc est ꝓpter quod istud premisimus.




## Propositio .36.

In alias duas lineas sub earum termino ex quibus cōiunctum ⁊ nominatum est binomium diuidi impossibile est.

¶Sit linea.a.b. binomium eritq; ex.30. composita ex duabus lineis in potētia tm̄ rōnalib⁹ cōicantib⁹ q̄ sint.a.c. ⁊.c.b. dico q; ipossibile ē eā diuidi i alias duas lineas sub hac dione videlicet q; ipi sint potētia tm̄ rōales cōicātes: si enī pōt diuidaī i.a.d. ⁊.d.b. q̄ sint potētia rōales tm̄ cōicātes. Esto quoq; linea.e.f. rōnalis in lōgitudine cui adiungaī superficies .c.g. que












sit equalis quadratis duaꝝ lineaꝝ.a.c.⁊.c.b.pariter acceptis ⁊ supficies. f.h. que sit equalis quadrato linee.a.b.eritqꝫ superficies.e.g.rōnalis eo ꝙ vtrūqꝫ quadratoꝝ lineaꝝ.a.c.⁊.c.b.pariter acceptis est rōnale per ypothesim ⁊ superficies .g.h. medialis per.19.qm̄ ipsa est equalis duplo superficiei.a.c. i.c.b.ꝑ quartā scd̄i.Sit igit̄ rursus supficies.f.k.eq̄lis quadratis duaꝝ lineaꝝ.a.d ⁊.d.b.pariter acceptis que cū sint diuerse a duabus lineis.a.c.⁊.c.b.erit per scd̄m p̄demonstratoꝝ antecedentium superficies.f.k.diuersa a supficie.e.g.eaꝝ ergo differētia sit.k.g. eritqꝫ ꝑ q̄rtā scd̄i excessus supficiei.f.h.sup.f.k.qui sit.k.l.eq̄lis duplo ei⁹qd̄ fit ex.a.d.i.d b.⁊ ꝓpter hoc erit etiā supficies.f.k. rōalis.⁊ supficies.k.l.medial̄: itaqꝫ supficies k.g.cum ipsa sit differentia duarū superficieꝝ rōnalium que sunt.e.g.⁊.f.k.erit rationalis.Non enī differt rationale a rōnali nisi in rōnali.⁊ hoc dico diffinitione ⁊ 9. huius hoc ꝯfirmantibus. Eadē quoqꝫ cū ipsa sit differentia duaꝝ superficierum medialium que sunt.g.h.⁊.k.l.erit irrationalis per.22.quod est impossibile.

## Propositio .37.

**Bimediali primo ꝟm terminū suum in duas lineas mediales diuiso:sub earum termino in alias duas lineas mediales idem diuidi est impossibile.**

¶Sit quoqꝫ hic linea.a.b.bimediale primū diuisa ī duas lineas mediales potentia tantum cōicantes superficiemqꝫ rōnalem continentes:ex quibus.31.asserit eā cōponi que sint. a.c.⁊.c.b.dico ꝙ impossibile est eam diuidi in alias duas lineas sub eaꝝ diffinitione.Qd̄ si possibile fuerit diuidam eā in puncto.d.assumptaqꝫ linea rōnali.e.f.adiungatur ei.e.g.equalis duobus quadratis duaꝝ lineaꝝ.a.c.⁊.c .b.et superficies.f.h.equalis quadrato.a.b.⁊ superficies.f.k.equalis quadratis duaꝝ lineaꝝ.a.d.⁊.d.b.eritqꝫ per quartā scd̄i.g.h.eq̄lis duplo superficiei.a.c.i.c.b.⁊ per eandē erit.k.l.equalis duplo superficiei.a.d. in.d.b. propter ypothesim quoqꝫ erit vtraqꝫ duaꝝ superficieꝝ .e.g.⁊.k.f.medialis ⁊ vtraqꝫ duaꝝ lineaꝝ.g.h.⁊.k.l.rōnalis. hoc autē impossibile:esset enī per primum superficies.k.g.irrōnalis ex.22.per secundū autē eadē esset rōnalis ex diffinitione ⁊.9.qd̄ est incōueniens.

## Propositio .38.

**Bimediale secūdū nisi in duas lineas tantum sub termino suo diuidi non potest.**

¶Sit vt prius linea.a.b.bimediale scd̄m diuisa ī duas lineas.a.c.et c.b.mediales:potentia tantuꝫ communicantes superficiemqꝫ medialem continentes:ex qnibus.32.proponit eam componi:dico ꝙ impossibile est eam diuidi sub earum diffinitione ī alias duas:Sin autem diuidatur in.d.sintqꝫ vt prius superficies.e.g.f.h.⁊.f.k .adiuncte ad lineā rōnalem.e. f.erūtqꝫ per presentes ypotheses vtreqꝫ supficies.e.g.⁊.g.h.mediales quare ꝑ.20.vtraqꝫ duaꝝ lineaꝝ.f.g.⁊.g.l.erit rationalis in potētia tantū nō cōicās ī longitudine linee.e.f.At qꝛ due linee.a.c.⁊.c.b.erūt incōmensurabiles in longitudine:sequitur per primā sexti ⁊ per scd̄am ꝑtē.10.huius ꝙ vtrūqꝫ q̄dratoꝝ lineaꝝ.a. c.⁊.c. b:sit incōmensurabile supficiei vni⁹ ī alterā:cūqꝫ dicta q̄drata cōicent:ex ypothesi sequit̄ vt ambo q̄drata ꝑiter accepta sint incōmēsurabile superficiei vni⁹ ī alterā. ideoqꝫ ⁊ ei⁹ duplo:quare superficies.e .g.incōmēsurabil̄ ē supficiei.g.h.⁊ linea .g.f. linee

g.l.per primã sexti ꝛ scõam ꝑtẽ.10.huius:itaqꝫ per.30.linea.f.l.ẽ binomium diui/
sa ꝟm suũ terminũ i pũcto.g. ¶ Eodẽqꝫ mõ ꝓbabiť ipsã binomiũ esse mediantib⁹
supficiebus.e.m.ꝛ.m.b.diuisam scõm suũ terminũ in puncto.m.qõ est impossibi
le ꝑ.36.Nõ enĩ põt dici qꝫ linea.f.l.diuisa sit ad puncta.g.ꝛ.m. in partes consiles
sic enĩ esset linea.f.m.equalis.g.l.sed ipsa ẽ maior linea.m.l.ut patet ex ꝑmo pre/
missoꝝ antecedentiũ b⁹ꝛ ꝑma sexti cũ.e.m.supficies sit maior.b.m.superficie: bu
ius aũt demõstrationis modus potest esse cõis.37.ceterisqꝫ eam sequentibus.

## ¶Propositio .39.

LInea maior nisi in duas lineas tantũ ex quib⁹ constat sub
earum termino diuidi non potest:

¶Sit quoqꝫ hec linea maior.a.b .diuisa ad punctũ.c.i duas lineas
potentialiter incõmensurabiles supficiẽqꝫ medialẽ cõtinentes quarũ
ambo quadrata pariter accepta sint rõnale:ex talibus enĩ cõponitur
vt affirmat.33.dico qꝫ impossibile ẽ ad aliũ punctum in alias duas lineas sub hac
diffinitione ipsã diuidi qꝫ si põt.sit hic ad.d.maneant sub his eadẽ figura eedemqꝫ
ypotheses que prius ꝛ argue quẽadmodũ in.36.supficiẽ.g. k.esse rationalẽ ꝛ irra/
tionalem:qõ est impossibile. ¶Propositio 40.

LInea potens in rõnale ꝛ mediale nisi in suas duas lineas
tantum sub termino suo non diuiditur.

¶Hec quoqꝫ.40.manentibus prioribus figura ꝛ positionibus exce/
ptoqꝫ ipsa linea.a.b.diuidatur in punctum.c.in illas duas lineas ex
quibus.34.dicit eã cõponi probabiť :quẽadmodũ.37. Si autẽ aliter
fuerit q̃ꝫ proponat erit supficies. k.g.rõnalis ꝛ irrõnalis:qõ esse non potest.

## ¶Propositio .41.

LInea potens in duo medialia nequit diuidi in alias duas
sub termino eaꝫ ex quibus coniuncta est:sed in suas tantũ
duas ex quibus componitur est diuisibilis.

¶Hec enĩ.41.diuisa linea.a.b.ad punctum.c.i eas ex quibus.35.as/
serit eam componi ceterisqꝫ ut supra tam figira q̃ꝫ positionibus ma/
nẽtib⁹ ꝓbať sicut.38.nã dato opposito ꝓpositi.Seq̃ť oppositũ.36.qõ ẽ ĩpossibile
¶Si fuerit binomij longior portio breuiore potentior augmẽto q̃/
drati linee cõicantis eidem longiori in longitudine fueritqꝫ eadẽ lõ/
gior linee posite rõnali cõicans ipsuꝫ:vocabiť binomiũ primũ.Si ve
ro breuior posite rõnali cõmunicet dicet binomiũ scõm. Qõ si neu/
tra portionũ ei⁹ posite rõnali cõicet appellabiť binomiũ tertiũ. Itẽ
si longior breuiore tanto amplius possit quantũ est quadratũ alicu/
ius linee ipsi longiori icõmensurabilis i lõgitudie fueritqꝫ lõgior por
tionũ posite linee rõnali cõicãs i lõgitudie ipsũ nũcupabiť binomiũ
binomiũ quartũ.Si vero breuior posite rõnali cõicet i longitudine
quintũ noiabiť.Si aũt neutra portionũ ei⁹ posite rõnali cõicet i lõgi
tudine erit binomiũ sextũ. ¶Propositio .42.

BInomiũ primũ inuenire.¶Sit. a.linea rõalis posita:sumãťqꝫ
duo numeri q̃drati .b.ꝛ.c.quoꝝ.c.sit diuisibiť i q̃dratũ qui sit.d.ꝛ i
nõ quadratum qui sit.e.ponaťqꝫ ꝓportio quadrati linee.a.ad q̃dra
tum linee.f g. sicut numeri.b.ad numeꝝ.c.eritqꝫ ex scõa ꝑte.7.linea




f.g. cõmunicans linee.a.rõnali posite ī longitudine: super eã igitur lineetur.f.g.b: semicirculus: sitqꝫ ꝓportio quadrati linee.f.g.ad quadratũ linee.f.b.sicut.c.ad.d ꝛ ducatur linea.g.b.dico ergo duas lineas.f.g.ꝛ.g.b.directe cõiunctas cõponere binomium primum. Est enim linea.f.g.que est longior potentior.linea.g.b.que est breuior in quadrato linee.f.b.per.30.tertij ꝛ penultimã primi: cõicat autem linea.f.b.linee.f.g.in longitudine per scõam ptem.7. cum proportio quadratorum ipsarꝫ.f.g.ꝛ.f.b.sit sicut numerorꝫ quadratorꝫ qui sunt.c.ꝛ.d.linea vero.g.b.convincitur esse rõnalis in potentia tm̃: non cõicans linee.f.g.in longitudine. ideoqꝫ neqꝫ linee.a.rõnali posite: cum sit enim quadratum linee.f.g.ad quadratũ linee.f.b.sicut numerus.c.ad numerꝫ.d.erit per euersam ꝓportionalitatẽ quadratum linee.f.g.ad quadratũ linee.g.b.sicut numerus.c. ad numerum.e. cum itaqꝫ.c.sit numerus quadratus.e.vero nõ q̃dratus: seq̃t per vlt̃.ptem.7.ut linea.g.b.sit incõmensurabilis linee.f.g.in longitudine: relinquit̃ igitur ipsam.g.b.esse rõnalẽ in potentia tm̃ ꝛ a dicone lineas.f.g.ꝛ.g.b.ꝓponere binomiũ ꝑmũ: qõ erat inueniẽdũ.




## Binomium secundum reperire. Propositio .43.

Sit ut prius.a.rationalis linea posita.b.vero numerus quadrat⁹ c.vero sit numerus nõ quadratus diuisibilis in.d.nõ quadratum et e.quadratũ.ita tm̃ ꝙ proportio totius.c.qui est nõ quadratus ad.d. qui est etiã non quadratus sit sicut numerorꝫ quadratorꝫ: talis autem numerus est. 12.ꝛ.48.diuisibilis enī est.12.in.9.quadratũ numerꝫ ꝛ.3. non q̃dratum: estqꝫ ꝓportio.12.ad.3.sicut. 16.ad.4.quorꝫ vterqꝫ quadratus eodẽ mõ. 4s. diuisibilis est in.36.ꝛ.22. Tales aũt numeros sic reperies. Sit.a.numerus quadratus.b.quoqꝫ sit vnitate minor: cuius quadratũ sit.c. At vero.d. ꝓueniat ex.b.in.a eritqꝫ ex prima incidentium noni.b. differẽtia.d.ad.c.ducatur idẽ.a.in.c.et ꝓueniat.e.eritqꝫ.e.quadratus ex prima ꝑte conel̃.scõi noni eo ꝙ vterqꝫ numerorum a.ꝛ.c.est quadratus per ypothesiꝫ: fiat rursus.f.ex.a.in.d.eritqꝫ.f.qualẽ querim⁹ est enim ex vltima parte predicti conel̃.numerus.f.non quadrat⁹: eo ꝙ.d.numer⁹ sit nõ q̃drat⁹. Si enī.d.numer⁹ esset q̃drat⁹: esset quoqꝫ.b.q̃drat⁹ ex.2. ꝑte eiusdẽ conel̃.2.noni ꝛ ex.22.octaui: ꝛ qꝛ.a.ẽ quadrat⁹ esset p.16.eiusdẽ: tertius continue ꝓportionalis inter.a.ꝛ.b.qõ ẽ impossibile cũ sint sola vnitate distãtes: nõ est igit̃.d quadratus quare nec.f.est enim.f.equalis.d.ꝛ.e.qm̃ cum.b.sit differentia.d.ad.c vt patet ex premissis: erit per primam incidentium noni qõ fit ex.a.in.d.equũ bis que fiunt ex.a.in.b.ꝛ in.c.ꝛ quia ex.a.in.b.sit.d.ꝛ in.c.sit.e.sequitur ut.d.sit differentia.f.ad.e.ꝛ quia per .18.septimi est.f.ad.e.sicut.d.ad.c.erit permutatim f. ad.d.sicut.e.ad.c.Cũqꝫ vterqꝫ duorꝫ numerorum.e.ꝛ.c.sit quadratus manifestũ ẽ numerꝫ.f.eẽ qualẽ volumus.ẽ enī non q̃drat⁹ diuisibilis ī.d.nõ q̃dratũ ꝛ.e.quadratũ: cui⁹ ꝓportio ad.d.ẽ sicut q̃drati ad q̃dratũ videlꝫ.e.ad.c.cetera oia sint vt pri⁹: dico ꝙ linee.f.g.ꝛ.g.b.ꝓponũt binomiũ scõm. cũ enī sit q̃dratũ.a.ad q̃dratum.f.g.sicut.b.ad.c.rursusqꝫ quadratum.f.g.ad quadratum. g.b. sicut.c.ad.e. erit per equã proportionalitatem quadratum.a. ad quadratũ. g.b. sicut.b. ad.e. cũ igit̃ vterqꝫ duorꝫ numerorꝫ.b.ꝛ.e.sit q̃drat⁹ erit p scõam ptẽ ꝛ linea.g.b.cõmũicãs in longitudine linee.a.rationali posite: de linea vero.f.g.constat ꝙ ipsa sit rationalis in potẽtia tm̃ nõ cõmunicans linee.a.rõnali posite in longitudine p vltimam partem.7.que cum sit potentior linea.g.b.in linea.f.b.per.30.tertij ꝛ penultimã primi: cõmunicet aũt linea.f.b.linee.f.g.in longitudine p scõam ptẽ.7. eo ꝙ



protrahantur aũt due linee.m.p .q.n. vel equidistãter lateribus totalis quadrati. dico ergo quadratum.p.r. esse equale superficiei.a.c.ꝛ eius latus quod ẽ.n.p. ẽ residuũ. Cum eni linea.d.e. sit ex ypothesi medio loco ꝓportionalis inter.b.f.ꝛ.f.d. erit ex prima sexti superficies.d.b. medio loco proportionalis inter duas supficies a.f.ꝛ.g.d. ideoqꝫ ꝛ inter duo quadrata.l.m.ꝛ.n.l. cũqꝫ ex prima sexti sit supficies l.p. medio loco ꝓportionalis inter eadem duo quadrata erit. l.p. equalis. d.b. et etiã.b.c.ꝛ qꝛ quadratũ.l.n. est equale.g.d. erit.t.r. equale.g.e. totus itaqꝫ gnomo circũscriptus quadrato.m.n. est equalis.c.g.ꝛ qꝛ.l.m. erat equale. a.f. relinquitur m.n. equale.a.c.ꝙ aũt.n.p. lat⁹ quadrati.m.n. sit residuũ sic collige. Est eni vtraqꝫ duaꝝ.p.t.ꝛ.t.n. rõnalis in potentia eo ꝙ vtrũqꝫ quadratũ.l.m.ꝛ.n.l. ẽ rõnale vnaqꝫ eaꝝ est incõmensurabilis alij per primã sexti ꝛ. 10. huius: eo ꝙ quadratum l.m. est incõmensurabile.l.r. superficiei sicut supficies.a.f. supficiei.b.d. de quibus manifestũ est ꝙ ipse sunt incõmensurabiles: est eni per primã sexti vna eaꝝ ad alterã sicut linea.b.f. que ẽ rõnalis in longitudine ad lineã.d.e. que est rõnalis i potentia tantũ ex. 68. igiꝫ linea.p.n. que põt in supficiem.a.c. est residuum: ꝛ hoc est quod intendimus.

## Propositio .87.

Si superficies aliqua linea rationali residuoqꝫ secundo cõtineatur: linea in eandẽ potẽs erit residuũ mediale primũ

¶ In hac quoqꝫ argue sicut in premissa ex diffinitione residui secundi ꝛ scõa pte. 13.ꝛ nona ꝛ decimanona ꝛ. 15.ꝛ. 69.

## Propositio .88.

Si linea rõnali residuoqꝫ tertio superficies contineat erit linea sup eam potens residuum mediale secundum.

¶ Priori demonstrationi insiste ꝛ facile cõcludes propositum ex diffinitione residui tertij ꝛ secunda pte. 13.ꝛ.9.ꝛ. 19.ꝛ.70.

## Propositio .98.

Si fuerit supficies linea rõnali residuoqꝫ quarto contenta linea super eam potens erit linea minor.

¶ In hac quoqꝫ nõ aliter ꝓcedas q̃ꝫ prius. facile eni erit ibi ꝓpositũ ꝓcludere. si premissam nõ despicis ex dione residui q̃rti ꝛ scõa pte. 14 ꝛ.9.ꝛ.19.ꝛ.15.ꝛ.71.ꝛ sic patebit ꝓpositum.

## Propositio .90.

Si fuerit linea rõnali residuoqꝫ quinto supficies contenta latus eius tetragonicum erit cũ rõnali cõponẽs mediale:

¶ Mitere premissa argumentatione ex diffinitione residui quinti ꝛ secunda parte. 14.ꝛ.9.ꝛ.19.ꝛ.15.ꝛ.72. quod propositus est concludere.

## Propositio .91.

Si linea rõnali residuoqꝫ sexto superficies contineatur latus tetragonicum qõ super eam potest cum mediali constituens totum mediale esse comprobatur.

¶ Nunc quoqꝫ vltimo quod per hanc dicitur premisso modo satage cõcludere ex diffinitione residui sexti ꝛ scõa parte. 14.ꝛ.9.ꝛ.19.ꝛ.73.

in his autem oibus processum tuum nihil offendere poterit si primã earum ꝛ pfecte didiceris ꝛ memoriter tenueris :ꝛ quid quoqꝫ supponat solerter attenderis. Qꝺ si forsan de aliquo in quadrato.l.m.te dubitare contigerit ad suum equale in superficie.a.d.tibi recurrendum erit:et patebunt tuo ingenio.

## Propositio .92.

Si ad lineam rationalem superficies equalis quadrato residui applicet:alterũ latꝰ residuũ primũ esse necesse est.

Hec sex sequẽtes sũt quorũ sex precedẽtiũ p ordinẽ.huiꝰ aũt prime hec est intentio qꝫ si sit supficies.a.c.adiuncta ad lineã rõnalẽ.a.b.equalis quadrato residui qꝺ sit.d.e.erit eius latus scõm qꝺ est.b.c.necessario residuũ primũ.Adijciatur enī linee.d.e.que proponitur esse residuũ :linea p cuius abscisionẽ ipsa fuerit residuũ:sitqꝫ ei adiuncta.e.f.eritqꝫ ex.68.vtraqꝫ duarũ linearꝫ.d.f.ꝛ.f.e. rõnalis in potentia ꝛ vna earꝫ incõmensurabilis alij:describatur ergo quadratũ linee.f.e.qꝺ sit.e.g.ꝛ quadrãtũ.d.e. que posita est esse residuũ qꝺ sit.e.b.ꝛ adijciantur supplementa.d.k.ꝛ.f.l.eritqꝫ quadratũ.g.b.tanꝺqꝫ quadrtum linee.d.f.ꝛ quadratũ.e.b.erit sicut superficies.a.c.erit etiã vtrũqꝫ quadratorꝫ.g.b.ꝛ.g.e.rõnale.Sit igitur supficies.a.m.adiuncta ad lineã. a.b. equalis q̃drato g.b:eritqꝫ ob hoc rõnalis:quare per. 16.linea.m.n.est rõnalis in lõgitudine: superficies vero.p.n.sit equalis quadrato.e.g.que etiã ꝓpter hoc erit rõnalis ꝛ p.16.linea.m.n.rõnalis in longitudine.itaqꝫ tota linea.b.n.est rõnalis p.9.diuidat aũt c.n.per equalia.m.q.ꝛ ducat.q.r.equidistans.a.b.eritqꝫ ex prima sexti.c.r.equalis.r.n.Manifestũ vero ẽ qꝫ cũ tota supficies.a.n.sit equalis duobus quadratis g.b.ꝛ.e.g.pariter acceptis que sunt quadrata duarꝫ linearum.d.f.ꝛ.f.e.ꝛ supficies a.c.sit equalis quadrato linee.d.e.qꝺ est.e.b.erit per.7.scõi superficies residua ex a.n.que est.c.s.equalis duplo superficiei ex.d.f.in.f.e.quare ꝛ horum dimidia que sunt.r.n.ꝛ.d.g.necesse est esse equalia.cũqꝫ igitur ex prima sexti sit supficies.d.g. medio loco ꝓportionalis inter duo quadrata.g.b.ꝛ.g.e.eritqꝫ superficies.r.n.medio loco ꝓportionalis inter duas superficies.a. m.ꝛ.p.n. ideoqꝫ per primã sexti erit ẽt linea.q.n.medio loco ꝓportiõalis inter duas lineas.b.m.ꝛ.m.n. cumqꝫ sit q.n.dimidiũ linee.n.c.ꝛ linea.b.n.diuisa p punctum.m.in duo cõicantia iter que cadit.q.n.medio loco ꝓportionalis:sequit ex prima pte.13.qꝫ linea.b.n.sit potentior linea.n.c.in quadrato linee secũ cõicantis i longitudine:qꝛ ergo supficies.d.g est medialis ex.19.ex ypothesi aũt supficies.c.r.sibi equalis medialis ꝛ linea.c.q. rõnalis in potẽtia tm̃ per.20.ideoqꝫ etiã duplũ eiꝰ qꝺ ẽ linea.n. c.ẽ. rõnalis tãtũ i potentia:qꝛ ergo.b.n.ẽ rõnalis in longitudine cõicans linee.a.b. posite rõnali et potẽtior.n.c.i quadrato linee sibi cõmunicãtis i longitudine:sequitur ex diffinitione lineã.b.c.cẽ residuũ primũ:qꝺ ẽ ꝓpositũ.







## Propositio .93.

Cum adiuncta fuerit superficies equalis quadrato residui medialis primi ad lineam rationalem: alterum latus eius erit residuum secundum.

Hic erit linea.d.e.residuum mediale primum ꝛ linea.e.f. erit linea illa per cuius abscisionem.d.e.fuerat residuum mediale primum:dico qꝫ.b.c.erit residuum secundum quod nescire non poteris si demonstrationẽ premisse quousqꝫ eam solido amplectaris habitu institeris ꝛ quales lineas oporteat esse.d.f.ꝛ.f.e.vigilanter attenderis:de quo si dubitas.69.requirenda erit.




## Propositio .94.

Si superficies equalis q̄drato residui medialis scōi applicata fuerit ad lineam rōnalē: alterum latus eius residuum tertium esse conueniet.

Hoc etiā erit.d.e.residuū mediale scōm ꝛ sequetur ut sit.c.b. residuum tertiū:qō ut facile ꝓcludas prime demōstrationi isistas ꝛ q̄les lineas ꝓueniat esse.d.f.ꝛ.f.e.ex.70.collige.

## Propositio .95.

Cum adiuncta fuerit linee rōnali superficies equalis quadrato linee minoris latus eius scōm erit residuū quartum:

Si fuerit.d.e.linea minor asserit hec.95.ꝙ.b.c.erit residuū quartū:est aūt sumendū ex.71.quales lineas esse necesse sit.d.f.ꝛ.f.e.cum d.e.fuerit linea mīnor:ꝛ est astruendum ꝓpositū: p̄misso modo:excepto ꝙ in hac ꝛ duabus sequentibus necesse est lineā.b.n.diuidi ad punctū. m.in duo incōmensurabilia que in tribus p̄missis diuidebaī necessario i duo cōmensurabilia:nam in tribus p̄missis fuerant due linee.d.f.ꝛ.f.e.cōicantes i potentia tm̄ ꝛ ideo earum quadrata cōicantia:propter qō ꝛ superficies.a.m.ꝛ.p.n. quadratis earum equales cōicantes.Quapropter etiā ꝛ due linee.b.m.ꝛ.m.n.ideōq; fuit i tribus p̄missis linea.b.n.potentior linea.n.c.in quadrato linee secum cōmunicantis in longitudine ex prima ꝑte.13.In hac aūt ꝛ duabus sequētibus sunt due linee d.f.ꝛ.f.e.incōmensurabiles in potentia ut apparet ex.71.ꝛ.72.ꝛ.73.ꝛ ideo earum quadrata ꝓpter qō ꝛ superficies.a.m.ꝛ.p.n.incōmensurabiles ꝓpter qō ꝛ due linee.b.m.ꝛ.m.n.incōmensurabiles.ideoq; per primā ꝑtē.14.tam in hac q̄; in duabus sequentibus necesse est lineā.b.n.esse potentiorē linea.n.c.in quadrato linee sibi icōmensurabilis i longitudine:cetera perquire ut prius.

## Propositio .96.

Si ad lineam rationalem quadrato linee cum rationali cōstituentis mediale equale superficies adiungatur:latꝰ eius secundum erit residuum quintum.

Pone similiter hic lineā.d.e.esse illā que iuncta cū rōnali ꝓponat totū mediale ꝛ attende ex.72.quales lineas oporteat esse.d.f.ꝛ.f.e. ꝛ concludes sine offendiculo si prius habite demonstrationi opportune insiteris lineam.b.c.esse residuum quintū.

## Propositio .97.

Si ad lineā rationalē superficies equalis quadrato linee cum mediali componentis mediale adiungatur:latus eius alterum erit residuū sextum.

Nunc vltimo conuenit lineā.d.e.esse illam que iuncta cum mediali cōponit totum mediale cui adiuncta linea.e.f.que videlicet sit illa per cuius abscisionem linea.d.e.fūcrat que ꝓponitur si quales lineas.d.f.ꝛ.f.e. esse oporteat ex.73.vidiceris priorē argumētationē firma mente tenueris sine obice quoq; lineā.b.c.esse residuū sextū concludere poteris.si aūt fortassis in aliquo retardare ꝓtigerit quicquid illud fuerit de quadrato.g.b.ad sibi equalē superfic.a.n referendum erit:ꝛ sic patebit ꝓpositū nostrū.

## Propositio .98

Omnis linea residuo p̄mensurabilis ipsa quoq; i termio ꝛ ordine ē idē residuū

Qō .60.ꝛ.quatuor.eā sequētes de binomio eiusq; comitibꝰ q̄nq; ꝓposuerūt hec .98.ꝛ.quatuor.eam sequentes de residuo suisq; q̄nq;

comittibus ꝟerum eſſe ꝓponunt: quibus qui vſq; ad ſolitum habitum inſtiterit has ignorare non poterit. Quicquid autem in illis de cõicantia in longitudine et potentia tantum dictum eſt: in his quoq; idem oportet intelligi. nam omnis linea reſiduo cõmunicans in longitudine ſiue in potentia tm̃ ipſa etiã eſt reſiduum. ſed ſi communicat in longitudine: non ſolum eſt ipſa reſiduum. ſed etiam eiuſdẽ ſpẽi reſiduum. Verbi gratia: linea cõmunicans in longitudine reſiduo ꝓmo eſt reſi/ duũ ꝓmũ: ⁊ ſecũdo cõicans eſt ſcõm. ſic quoq; in ceteris: Qõ aũt linea communi/ cat reſiduo in potentia tantum: ipſam quoq; neceſſe eſt eſſe reſiduum ſed nõ eiuſ/ dem ſpecici: imo ipoſſibile eſt vt linea cõmunicans in potentia tantũ reſiduo ꝓi/ mo aut ſcõo aut tertio aut quarto aut quinto cadat ſimul cum eo ſub eadem ſpecie ſed neceſſe eſt vt ãbo cadãt ſimul ſub trib⁹ ꝓimis ſpeciebus aut ãbo ſimul ſub tri/ bus poſtremis. Sit itaq; exempli gratia. a. reſiduũ cui cõmunicet. b. in longitudi/ ne: dico ꝙ. b. erit reſiduũ eiuſdẽ ſpeciei cũ. a. Adiungatur enim linea. c. ad lineaꝫ a. ⁊ cum illa ſit per cuius abſciſionẽ. a. fuit reſiduũ: ⁊ ad. b. adiũgaꝫ alia que ſit. d. ad quã ſic ſe habeat. b. ſicut. a. ad. c. ſitq; compoſita ex. a. ⁊. c. e. compoſita vero ex b. ⁊. d. ſit. f. eritq; ex permutata ꝓportionalitate. a. ad. b. ſicut. c. ad. d. ⁊ ꝓ. 13. quin ti erit. e. ad. f. ſicut. a. ad. b. vel ſicut. c. ad. d. cum itaq; a. cõmunicet cum. b. erit per 10. c. cõmunicans cum. d. ⁊. c. quoq; cõmunicans cum. f. ⁊ quia etiam eſt neceſſa/ rio ex permutata ꝓportionalitate. e. ad. c. ſicut. f ad. d. ſequitur ꝓ. 12. vt ſi fuerit e. potentior. c. in quadrato linee ſibi cõicantis in longitudine vel ſi forte incõmen/ ſurabilis: ſit ſimiliter. f. potentior. d. at qm̃ omnis linea cõmunicans in longitudi ne linee rationali eſt ſimiliter illi rationalis: ſimiliter dico quia ambe erunt rationa les in longitudine vel ambe in potentia tantum: ſequitur ex diffinitionibus reſidu orũm vt. b. ſit reſiduum eiuſdem ſpeciei cum. a. Si autẽ. b. cõmunicat in potentia tantũ cum. a. ipſa quoq; erit reſiduum non tamen eiuſdem ſpeciei neceſſario. ſed quẽadmodũ dictũ eſt: cuius demõſtratio ex his que in. 60. de binomijs dicta ſunt colligenda eſt.

## Propoſitio .99.

OMnis linea vtrilibꝫ reſiduo mediali cõmunicans: eſt ſub ipſius termio ⁊ ordine reſiduũ mediale. Hoc eſt qõ dicit ſiue cõicet linea cum vtrolibet reſiduo mediali in longitudine ſiue in potentia. Sit enim. a. vtrũlibet reſiduũ mediale cui. b. cõicet in lõgi/ tudine vl̃ potẽtia. dico ꝙ. b. ẽ etiã reſiduũ mediale q̃le fuerit. a. adiũ gaꝫ eni linea. c. ad lineã. a. ⁊ ſit. c. ꝓ c⁹ abſciſionẽ. a. fuit reſiduũ mediale: ⁊ ad. b. adiũgaꝫ alia q̃ ſit. d. ſitq; b. ad. d. ſicut. a. ad. c. totaq; ꝓpoſita ex. a. ⁊. c. ſit. e. ⁊ ex: b. d. ſit. f. deſcribãꝫ igit̃ q̃drata. c. ⁊. d. q̃ ſint. g. ⁊ b. ⁊ ſuꝑficies. e. i. c. ſit. k. ⁊. f. i. d. ⁊ ſit. l. Et q⁹ ẽ vt ꝓi⁹. e. ad. f. ⁊ c. ad. d. ſicut. a. ad. b. ſũt aũt. e. ⁊. c. mediales potentia tm̃ cõicãtes ex. 69. ⁊. 70. ſequit̃ ex. 21. vt. f. ⁊. d. eis cõicãtes. ſint etiã mediales po tẽtia tm̃ cõicãtes: ꝓſtat aũt ex prima ſexti ꝙ ſit. k. ad. g. ſicut. e. ad. c. ⁊. l. ad. b. ſicut f. ad. d. ⁊ q⁹ ẽ. e. ad. c. ſicut. f. ad. d. ſequit̃ ut ſit. k. ad. g. ſicut. l. ad. b. Et ꝑmutati. k. ad. l. ſicut. g. ad. b. cũ g. g. cõicet cũ. b. ſequit̃ vt. k. cõicet. cũ. l. Si igit̃. k. ẽ rõnale qõ ẽ in reſiduo mediali primo erit etiã ꝑ diffinitionẽ. l. rõnalis q̃re ꝓ. 69. b. etiã ẽ reſi/ duũ mediale primũ. ſi aũt. k. ſit medial⁹ qõ ẽ i reſiduo mediali ſcõo: erit ꝓ. 21. etiã. l medialis: ideoq;. b. ꝓ. 70. reſiduũ mediale ſcõz q̃re ꝓſtat ꝓpoſitũ. Idẽ aliter Si liẽa b. cõicat cũ liẽa. a. q̃ ẽ vtrũlibet reſiduũ mediale i lõgitudiel̃ i potẽtia ſit ſuꝑficies c. e. adiũcta ad lineã rõalẽ. c. d. eq̃lis q̃drato. a. ⁊. f. g. eq̃lis q̃drato. b. erũtq; ob hoc









c.c.z.f.g.cõicantes quẽadmodũ z quadrata linearum.a.z.b.eis equalia.idcoqꝫ p primam ſexti z. 10.huius.d.e.z.e.g.ſunt cõicantes in longitudine: z quia ſi. a.eſt reſiduum mediale primũ:eſt:linea.d.e.eſt reſiduum ſcõm per.93.z ſi.a.eſt reſiduũ mediale ſcõm:linea.d.e.eſt reſiduũ tertium per.94.at cum.d.e. eſt reſiduum ſcõm linea.e.g.eſt etiam reſiduũ ſcõm z cũ illa ẽ tertium:ſilr z hic eſt tertiũ per.98.ſequi tur itaqꝫ ex.87.z.88.vt.b.ſit reſiduũ mediale primũ aut ſecundũ prout fuerit. a.et ſic patet quod intendimus.

## Propoſitio .100.

SI linea aliqua linea minori cõmunicet.ipſa quoqꝫ erit li/nea minor.

Facile eſt hanc probare duplici modo ſicut pmiſſam:ſiue cõmuni/cet linea aliqua cum linea minori in longitudine ſiue in potentia hoc aũt appoſito quãtũ ad primũ modũ q cum ſit.f.ad.d. ſicut.e.ad.c. erit ex ſcõa pte.18.ſexti quadratũ.f.ad quadratũ.d.ſicut quadratũ.e. ad quadratũ c.z coniunctim quadrata duaꝝ linearum.f.z.d.ad quadratũ.d.ſicut quadrata du arum linearum.e.z.c.ad quadratum.c.z permutatim quadrata duaꝝ linearum.f. z.d.ad quadrata duaꝝ linearum.e.z.c.ſicut quadratũ.d.ad quadratum.c. cõicat autẽ quadratũ.d.ad quadratũ.c.ergo duo quadrata duaꝝ lineaꝝ.f.z.d.pariter ac cepta cõicant cũ duobus duaꝝ lineaꝝ.e.z. c.piter acceptis:z quia ex.17.quadrata duarum lineaꝝ.e.z.c.pariter accepta ſunt rõnale: erit aũt per diffinitionẽ z duo duaꝝ lineaꝝ.f.z.d.pariter accepta rationale. Cũqꝫ ſit ſuperficies.k. medialis erit etiã.l.ſibi communicans medialis:igitur ex.71.b.eſt linea minor. Quantũ autem ad ſcõm modũ erit per.95.linea.d.e.reſiduũ quartum:idcoqꝫ per.98.z linea. e.g. erit etiam reſiduum quartum.idcoqꝫ etiã per.89.linea.b.eſt linea minor.

## Propoſitio .101.

OMnis linea cõmunicans lineę cum rõnali componẽti me diale eſt cum rationali componens mediale:

Hanc quoqꝫ duplici predicto modo nõ eſt difficile probare:ſiue de communicantia in longitudine ſiue de cõicantia in potentia tantum intelligatur:ſed quantum ad primum modũ erunt duo quadrata du arum linearum.f.z.d.pariter accepta mediale per.21.quẽadmodũ ſunt duo qua/drata duaꝝ lineaꝝ.e.z.c.piter accepta ex.72.quibus ipſa cõmunicant z ſuperfici/es.l.erit rationalis:per diffinitionem quẽadmodũ eſt ſuperficies.k.ex.72.cum ipſa cõmunicat:igitur ex.72.b.eſt cum rationali componens mediale:quantũ ad ſcom modũ:erit.d.e.reſiduum quintum ex.69.ideoqꝫ z.e.g.ex.98.quare.b.eſt cũ rõnali componens mediale.per.90. Propoſitio .102.

OMnis linea cõmẽſurabilis lineę cum mediali conſtituen/ti mediale eſt cum mediali conſtituens mediale.

Hic quoqꝫ pone lineã aliquã cõicare cum ea que cũ mediali compo nit mediale indifferenter in longitudine vel potentia tm̃ ꝓut volue/ris:z duplici modo pmiſſo ſine difficultate ꝓcludes eã quoqꝫ cũ me/diali ꝓponere mediale.erit etiã quantũ ad primũ modũ ſupficies.l.medialis quẽ/admodũ z.k.z duo quoqꝫ quadrata duaꝝ lineaꝝ.f.z.d.piter accepta mediale ſi/cut z duo quadrata duaꝝ.e.z.c.z qꝫ duo quoqꝫ duaꝝ lineaꝝ.e.z.c.ad.k.ſicut duo duaꝝ.f.z.d.ad.l.cũ duo prima non cõmunicẽt cũ duplo.k.ex.73.neqꝫ duo ſecũda

cõicabunt cũ duplo .l.ex.10. igitur ex.73.b .est cũ mediali cõponẽs mediale. quantum autẽ ad scõm modũ erit.d.e.residuũ sextũ ex.97. ideoq3 ꝛ.e.g. ex.98.quare.b est cũ mediali cõponens mediale ex.91. ℙropositio .103.

SI de superficie rationali superficies medialis abscindatur linea i reliquã superficiem potens erit alterutra duarum irrationalium aut residuum aut linea minor.

CSit eni tota superficies constans ex.a.ꝛ.b.rõnalis a qua detrahatur.b.que sit medialis: dico ꝙ linea potens in.a.residuũ aut ẽ residuum aut linea minor. Esto nanq3 linea.c.d.rationalis superficiesq3.c.e. sibi adiuncta sit tãq3.a.ꝛ.f.g.tãq3.b.ꝛ.tota.c.g.sicut tota.a.b.eritq3.c.g.rõnalis.ideoq3 p 16.linea.d.g.rõnalis in longitudine ꝛ.f.g.erit medialis.ideoq3 per.20.e.g. rõnalis in potentia tm̃: est igit̃ ex diffinitiõe line a.d.e.residuũ primũ aut quartũ: ergo per.86.ꝛ.89.linea potens in superficiem.c.e. ꝛ iõ in superficiẽ.a.sibi equalem est residuũ aut linea minor: qõ ẽ ꝓpositum. ℙropositio .104.




SI de superficie mediali superficies rõnalis detrahatur linea in reliquã superficiem potens erit alterutra duarum irrationalium linearum aut residuum mediale p primũ: aut cum rationali componens mediale.

CHec quoq3 sicut premissa ꝓbat̃. Erit eni tota.a.b.m edialis.b. aũt rõnalis: ꝛ tunc dico qꝺ in.a.residuum põt: aut est residuũ mediale primũ aut cum rõnali cõponens mediale. Cũ eni.c.g.equalis sit.a.b.erit per.20.linea.d.g.rõnalis in potentia tm̃: ꝛ cũ sit.f.g.equalis.b.erit per.16.linea.c.g. rõnalis in longitudine ergo a diffinitione erit linea.d.c.residuũ scõm aut quintũ quare per.87.ꝛ.90. latus tetragonicũ superficiei .c .e.ꝛ ideo superficiei.a.est residuũ mediale primum aut cum rationali componens mediale: quod est propositum nostrum.




ℙropositio .105.

SI superficies medialis superficiei mediali detrahatur fueritq3 reliqua toti incõmensurabilis que in ipsam reliquã potest: alterutra erit duaꝝ irrõnaliu3 videlicet aut residuum mediale scõm aut cum mediali componens mediale

CSi a duaꝝ premissaꝝ demõstratione non deuias conclude sine difficultate propositũ. Sint eni tota.a.b.ꝛ.b.mediales ꝛ sit.a.reliqua incõmensurabilis toti: aliter eni esset.a.medialis ex.21.ꝛ eius latꝰ tetragonicũ mediale ex.19 tunc dico ꝙ linea potens in.a.est residuũ mediale scõm aut cũ mediali cõponens mediale. nam cũ sit.c.g.equalis.a.b.erit p.20.linea.d.g.rõnalis in potentia tãtũ per candẽ quoq3 cum sit.f.g.equalis.b.erit etiã.e.g.rõnalis in potentia tm̃ ꝛ cum sit.a.incõmensurabilis toti.a.b.erit.f.g.incõmensurabilis.c .g. ideoq3 per primã sexti ꝛ. 10.huius erit etiã.e.g.incõmensurabilis.d.g. igit̃ a diffinitione linea .d.e. erit residuũ tertiũ aut sextũ: q̃re p.88.ꝛ.91.latus tetragonicũ superficiei.c.e.ꝛ iõ superficiei.a.ẽ residuũ mediale scõm aut cũ mediali componẽs mediale.

ℙropositio .106.

INeaꝝ irrõnaliũ que sunt residuũ ꝛ post ipsam subsecute vllam alij termino et ordine sub esse impossibile est residuo quoq3 binomij terminũ vel ordinẽ cõuenire non est possibile. CVult aũt ꝓ banc. 106.ꝙ residuũ ꝛ alie quinq3 lince




irrōnales eam ſequentes differunt ſpecie ⁊ dione abinuicē ⁊ nulla linea vna poſſ
cē ſub duabus neq3 ſub pluribus ſpecieb⁹ hax ſex lineax irrōnaliū que ſunt reſidu
um ⁊ eius quinq3 comites: ⁊ q⁹ oēs ſpēs reſidui differunt ab oibus ſpeciebus bino
mij nec ē poſſibile linecā vnā ſimul eſſe reſiduū ⁊ binomiū cuiuſcūq3 ſpecici reſidui
vel binomij: ꝑs prima ſic ꝓſtat: qm̄ ſupficies equalis quadratis reſidui ⁊ ſuax
quinq3 comitū cū adiūgant̄ ad lineā rōalē habēt ſcōa latera neceſſario diuerſa ab
inuicem ex. 92. ⁊ quinq3 eā ſequentibus. ſunt autē ſcōa latera reſiduū primū ⁊ ſe
cūdū ⁊ deinceps vſq3 ad ſextū. Scōa ꝑs ꝓſtat hoc modo: ſi eadē linea pōt cē ſimul
reſiduū ⁊ binomiū. ſit. a. cui⁹ quadrato adiūgat̄ ad rōnalē lineā. b. c. ſitq3. b. d. erit
q3 ex. 54 linea c. d. binomiū primū ⁊ ex. 92. reſiduū primū. inquantū ergo binomi
um primū diuidat̄ in ſuas binomiales portiones ad punctū. e. ſitq3 maior portio
c. e. q̄ erat rōalis i lōgitudine ꝑ diffinitionē: iquātū aūt ē reſiduū primū adiūgat̄ ei
d. g. ꝑ c⁹ abſciſionē fuerat reſiduū primū: eritq3 etiā ex dione. c. g. rōalis i lōgitudie
Cū itaq3 ſit vtraq3 duax linex. c. g. ⁊ c. e. rōnalis i lōgitudie erit ēt ꝑ. 9. linea. e. g.
rōnal̄ i lōgitudie: at q⁹ linea. d. e. ē rōnalis i potētia tm̄ cū ipſa ſit ꝑ ypothe. maior
portio binomij ꝓmi: erit per. 68. linea. d. g. reſiduū ⁊ q⁹ ipſa erat rōalis i potentia
tm̄ cū per eius abſciſionē cēt linea. c. d. reſiduū ſequit̄ impoſſibile ꝑ. 68. Qō ut da
rius pateat: eſto ſupficies. b. d. adiuncta ad lineā rationalē. b. c. equalis q̄drato li
nee. d. g. cū itaq3 linea. d. g. ſit rationalis in potentia erit per. 16. linea. c. d. rōna
lis in longitudine. at cū etiā linea. d. g. ſit reſiduū erit ex. 92. linea. c. d. reſiduū ꝓmū
quod eſſe nō poteſt cum linea que dicitur reſiduum ſit irrōnalis per. 68.

## Propoſitio .107.

Linea que reſiduū dicit̄ vllave irrationaliū que poſt eam
ſunt nequit eſſe ſub termino binomij aut ſub termino ⁊ or
dine vllius ceterax lineax irrōnalium que binomiū ſubſe
quūtur: cum aūt poſſibile ſit lineax irrōnaliū ſeriē in in
finitum ꝓduci non eſt poſſibile vllā earum cum ea que
precellerit in termino ⁊ ordine cōuenire.

Vult per hanc vltimā libri. 10. q⁹. 13. irrōnales linee de quib⁹ in hoc decimo de
monſtratū ē ⁊ ipſe ſunt linea medialis binomiū ⁊ ei⁹ quinq3 comites reſiduq3 ⁊ ei⁹
quinq3 comites ſint abinuicē ſingule a ſingulis ſpecie differentes: ⁊ q⁹ nulla linea
vna pōt cē ſimul ſub duab⁹ aut pluribus ſpeciebus cax: ⁊ q⁹ ſpēs lineax irrōnaliū
pñt i infinitū ꝓduci q̄x nulla cū alia ꝓuenit i dione ⁊ ordine. Qō aūt hec. 13. linee
videlz medialis binomiū ⁊ ei⁹. 5. comites reſidūu ⁊ ei⁹. 5. comites ſint irrōales de
monſtratū eſſe ſuperius memento: de mediali quidē ex. 19. de binomio aūt ⁊ eius
quinq3 comitib⁹ ex. 30. ⁊ quinq3 eā ſequētibus: at vero de reſiduo ſuiſq3 quinq3 co
mitibus ex. 68. ⁊ quinq3 eā ſequētibus. Nullā aūt hax. 13. lineax irrōnalium poſſe
ꝓuenire in ſpecie cū aliqua aliax lineax ſic colligе. Eſto enī vt ad vnā eādēq3 lineā
rōnalē in longitudine adiungant̄ ſuperficies equales quadratis prēdictax. 13. line
arū irrōnaliuz ꝺm q⁹ ordine ſe inuicē ſequunt̄: eritq3 ex. 20. ſecūdū latus prime iſta
rum. 13. ſuperficierum ⁊ quinq3 eam ſequentiū rationale in potentia tm̄. ſcōa aūt
latera ſcōe iſtax. 13. ſuperficiex ⁊ quinq3 eam ſequentiū erūt omnes ſpēs binomio
ruz ꝑ ordinē videlicet binomiū primū ſcōm ⁊ deinceps vſq3 ad ſextū ex. 54. ⁊ quin
q3 eā ſequētibus demonſtratū eſſe memineris. ſcōa vero latera octaue ſuperficiei ⁊
quinq3 eā ſequētiū ſunt ſpēs reſiduoz in ordine videlicet reſiduū primū ⁊ reſiduū

ſecundū ⁊ deinceps vſq; ad ſextū qō ex. 92. ⁊ quinq; eā ſequētibus didiciſti. Cum igit̄ ipa linea rōnalis i potētia tm̄ nō cōueniat cū aliq̄ ſpecie binomioꝝ aut cū aliqua reſiduoꝝ quoniā omne binomiū p. 30. ⁊ oē reſiduū p. 68. ē linea irrōalis ⁊ i lōgitudine ⁊ i potentia. Et cū nulla ſpēs reſiduoꝝ cōueniat cū aliqua ſpē binomiorū ex ſecūda pte penul'. b° decimi: ſequit̄ ut oia ſcōa latera baꝝ. 13. ſuperficieꝝ ſint ab/inuicem diuerſa: ideoq; p primā ſexti ⁊ ipſe. 13. ſuperficies ſunt diuerſe cū caꝝ omnium altitudo ſit vna quare etiā hec. 13. linee irrōnales ꝓpoſite ſunt ſingule a ſingulis diuerſe. ¶ Poſſunt aūt baꝝ. 13. lineaꝝ irrōnaliū ſpecies in infinitū ꝓduci. infinite enī ſūt ſpēs lineaꝝ medialium. infinite quoq; binomioꝝ ⁊ ſic de ſingulis Qō hoc modo ꝓſtat: eſto linea. a. medialis. ſumaturq; vnitas ⁊ quotlibet numeri p̄mi vt. 3. 5 ⁊. 7. ⁊ ſint totidem linee. b. c. d. quot ſunt ſūpti numeri primi. ſintq; q̄drata iſtaꝝ lineaꝝ. b. c. d. ad quadratū. a. ſicut hi numeri primi ad vnitatē: eruntq; linee b. c. d. mediales ex. 21. q̄m̄ ipſe cōicant in potētia cū linea. a. mediali. oēs aūt erūt diuerſe in longitudine ab. a. ⁊ a ſeinuicē ꝑ vltimā ptē. 7. q̄m̄ nullius iſtorum numeroꝝ ad vnitatē nec alicuius eoꝝ ad alteꝝ per. 16. ⁊. 8. ⁊ corelariū ſcōe octaui ⁊ preſentis ypotheſis ē ꝓportio ſicut numeri quadrati ad numerū quadratū: erit ergo a. ⁊ omnes ſibi cōicantes in longitudine ſub p̄ma ſpecie lineaꝝ medialiū. b. vero ⁊ oēs ſibi cōicantes in longitudine ſub ſcōa. c. aūt ⁊ oēs eidē cōicantes vel cōmenſurabiles ſub tertia. d. quoq; ⁊ oēs ſibi cōicantes in longitudine ſub quarta: ⁊ q: numeri primi ſunt infiniti vt ex. 21. noni didiciſti: neceſſe ē ſpēs lineaꝝ medialiū ēe infinitas. Qō aūt ē dictū de linea mediali itellige de binomio ſuiſq;. 5. comitib°: ⁊ reſiduo ſuiſq;. 5. comitib°: nā ſicut ois linea cōicans mediali ē medialis ſiue cōicet ei in longitudine ſiue in potentia ut probatū eſt in. 21. ita etiam omnis linea communicans binomio aut alicui ſuaꝝ quinq; comitū vel etiā reſiduo aut alicui ſuaꝝ quinq; comitū in longitudine vel in potentia eſt ſecū ſub eadē ſpecie vt probatum eſt in. 60. ⁊ quatuor eam ſequentibus ⁊. 98. ⁊ quatuor eam ſequentibus. Sunt igit̄ ſpecies baꝝ. 13. lineaꝝ irrōnaliū infinite quaꝝ nulla cōueniet cū p̄cedenti in ordine vel dione. Conuenit quoq; dīe aliter ſpecies linearum irrōnaliū eſſe infinitas nam omne latus tetragonicū ſuperficiei dicte a numero nō quadrato eſt irrōnale ꝑ vltimā ptē. 7. ⁊ ꝑ diffinitionē. cum itaq; tales numeri ſint infiniti: erunt etiā ſpecies baꝝ lineaꝝ irrōnaliū infinite. Tertio modo contingit ſcōam ptem huius vltime concluſionis libri decimi ſic exponi: vt dicamus ab vnaquaq; linea rōnali i potentia tantū infinitas lineaꝝ irrōnaliū ſpēs ꝓduci quaꝝ nullā cum aliqua caruꝝ que ipſā preceſſerint: poſſibile eſt in diffinitione ⁊ ordine conuenire. Verbi gratia Sumatur aliqua ſupficies rōnalis dicta a numero nō quadrato ut quiq;: eritq; latus eius tetragonicū irrōnale in longitudine: q̄m̄ ipſū ē incōmenſurabile lateris tetragonico ſuperficiei rōnalis dicte a numero quadrato ex vltima ptē. 7. dico ergo q̄ huiꝰ lateris latus. itemq; ſcōi lateris latus ⁊ rurſus huius tertij lateris latus ⁊ ſic in infinitū: ſunt linee irrationales tam in longitudine q̄z in potentia: ⁊ q̄ nulla earum conuenit diffinitione vel ſpecie cum aliqua que eā preceſſerit in ordine. eſtq; latus tetragonicum premiſſe ſuperficiei quecunq; dicta fuerit a numero non quadrato earum omnium ſicut radix ⁊ principium ⁊ quelibet ipſaꝝ eſt principiū oīm ipſam ſequentiuꝫ: ⁊ quecunq; ab aliquo tetragonico latere cuiuſq; talis ſuperficiei proficiſcuntur diuerſe ſunt in longitudine ⁊ potentia ab omnibus que a quoquam alio tetragonico latere talis ſuperficiei generantur ⁊ hoc dico cum ipſaꝝ ſupficieꝝ






non fuerit ꝓportio ſicut numeroꝝ quadratoꝝ. hec aũt vt poſſumus firma demonſtratione colligere antecedens ad ipſa premittere oportet. ſitq; iſtud.

¶ Quibuſlibet duobus inuicem ductis ſi quid licet producatur quota latera tetragonica duorum precedentium inuicem duces totum tetragonicum lauts ipſius producti produces.

¶ Verbi gratia ſit vt ex. a. in. b. ſit. k. ad. c. ⁊ d. ſint latera tetragonica. a. ⁊. b. fiat autẽ. e. ex. c. in. d. ſintq; itez. f. ⁊ g. latera tetragonica. c. ⁊ d. ⁊ fiat. b. ex. f in. g. dico ꝙ. b. eſt latus tetragonicũ. e. ⁊ ꝙ. e. rurſus eſt latus tetragonicũ. k. cum eni ex. f. in ſe ⁊ in. g. fiant. c. ⁊ b. erit. c. ad. b. ſicut. f. ad. g. ſed ⁊ ſit. b. ad. d. ſicut. f. ad. g. eo ꝙ ex. g. in. f. ⁊ in ſe fiunt. b. ⁊ d. ſint igiť. c. b. d. continue ꝓportionales itaq; ex. b. in ſe quantũ ex. c. in. d. quare. b. eſt latus tetragonicũ. c. eadẽ quoq; rõne cũ ex. c. i ſe ſit. a. in. d. ſit. e. ⁊ ex. d. in ſe ſit. b. erunt etiam. a. c. b. cõtinue ꝓportionales i ꝓportiõe. c. ad. d. cũ igiť ex. a. in. b. ſit. k. ſequiť etiã vt ex. e. i ſe ſit. k. q̃re. e. eſt latus tetragonicũ. k. conſtat itaq; qõ dicť. reſtat itaq; demonſtrare qõ propoſitum eſt. Sit igiť ſupficies. a. rõnalis dicta a numero nõ quadrato. ut. 5. ſitq; linea. a. ci° tetragonicũ latus ⁊ ſumanť quotlibz linee rõnales i lõgitudie q̃ ſint. b. c. d. e. Sint qz dicte a numeris quoꝝ quiſqz precedẽs ſit tetragonicũ latus proximo ſequentis: vt ſi. b. ſit ⁊. c. 4. d. 16. e. vero. 256. ad bas aũt lineas rõnales in longitudine adiungatur ſupficies equalis. a. eruntq; ſcõa latera ſingulaꝝ rõnalia in longitudine per. 16 vt ſcõm latus. b. 2. ⁊ dimidiũ: ſecundũ. c. vnuz ⁊ quarta: ſecundũ vero. d. vna quarta ⁊ vna. 16. at vero ſuperficiei. e. ſecundũ latus erit vna. 64. ⁊ vna. 256. ſit ergo. f. tetragonicũ latus. b: g. vero ſit tetragonicũ latus ſcõi lateris ſuperficiei. b. eritq; ꝓ premiſſam añs ut ex. f. in. g. ſit. a. rurſus ſit. b. tetragonicum latus ſecundi lateris c. k. quoq; ſit tetragonicũ latus. b. eritq; per predictũ añs vt ex. b. in. b. ſit. a. ⁊ ex. f in. k. ſit tetragonicũ latus. a. qõ ſit. l. ſit itez. m. tetragonicũ latus ſecũdi lateris ſupficiei. d. ſed cũ. n. ſit tetragonicũ latus. m. ⁊. p. tetragonicum. n. eritq; per predictũ antecedens vt ex. c. in. m. fiat. a. ⁊ ex. b. in. n. l. ⁊. ex. f. in. p. tetragonicuz latus l. qõ ſit. q. Amplius aũt ſit. r. tetragonicũ latus lateris ſecundi ſuperficiei. e. ſit quoqz. ſ. tetragonicũ. r. ⁊. f. ⁊. t. ſ. ſit et. u. tetragonicũ. t. ſequiť que per dictũ antecedẽs vt ex. d. in. r. fiat. a. ⁊ ex. c. in. f. l. ⁊ ex. b. in. t. ſit. q. ⁊ etiam ex. f. in. u. tetragonicũ latus. q. qõ ſit. x. ⁊ ſic in infinitũ: dico ergo bas lineas. a. l. q. x. quaꝝ. a. eſt tanquã radicale principium eſſe irrationales. a. quidem in longitudine tantum ⁊cetere vero in longitudine ⁊in potentia ⁊ dico ꝙ nulla earum conuenit cũ alia in diffiniti/one vel ordine. Luz eni ex. f. in. g. ⁊. k. fiant. a. ⁊. l. erit. a. ad. l. ſicut. g. ad. k. ⁊ qz vt pz ex dictis ypotheſib⁹. g. ⁊. k. ſũt incõmenſurabiles in longitudine ⁊ in potentia. ſequitur etiã vt. a. ⁊. l. ſint incõmenſurabiles in longitudine ⁊ in potẽtia: eadem ratione. a. ⁊. q. eſt enim. a. ad. q. ſicut. g. ad. p. ⁊ propter eandẽ cauſam etiã. a. ⁊. x. cũ ſint ſicut. g. ⁊. u. ⁊ hac via quoq; neceſſe eſt vt. l. ⁊. q. ſint ſimpliciter incõmenſurabiles tã i lõgitudine quã in potẽtia. cum eni ex. f. in. k. ⁊. p. fiant. l. ⁊. q. erit. l. ad. q. vt. k. ad. p: at. k. ad. p. nec commenſurabiles ſunt in longitudine nec in potentia. Si enim ſint erunt. b. ⁊. n. commenſurabiles. ſed non ſũt: at vero. l. ⁊. x. oportet eẽ vtroq; modo incommenſurabiles: eſt enim. l. ad. x. ſicut. k. ad. u. eo ꝙ ex. f. in. k. ⁊ u. fiunt. l. ⁊. x. ſunt autem. k. ⁊. u. vtroq; modo incommenſurabiles. Sinautẽ accidet. d. ⁊. b. eſſe commenſurabiles quod eſt inconueniens: q. vero ⁊. x. ꝙ ſint quoq; incommenſurabiles potentia ⁊ longitudine ex eo patet ꝙ ẽ. q. ad. x. ſicut. p. ad. u.

constat autē ꝙ.p.⁊.u.sunt incōmensurabiles.nam si nō erunt.n.⁊.c. cōmensurabiles.ideoqꝫ.m.⁊.s.sed non sunt. ¶ Manifestum est itaqꝫ infinitas lineas irrationales in longitudine ⁊ in potentia incommensurabiles ⁊ ideo diffinitiōe ⁊ specie differētes produci ex linea.a.rōnali in potentia tantū. Restat aūt nunc ostendere ꝙ quecūqꝫ irrōnales linee ab aliqua linea rōnali in potentia tantū hac via generantur: diuerse sunt ab omnibus tam in longitudine q̄ꝫ in potentia que a quali libet alia linea rōnali in potentia tm̄ quadratū cuius ad quadratuꝫ prioris nō sit sicut numeri quadrati ad numerū quadratum hac eadem via egrediunt̄: hoc quoqꝫ sic constat. Sint.a.⁊.b.rōnales in potentia tm̄ siue tetragonica latera duaruꝫ superficierum dictarum a numeris non quadratis.sitqꝫ ut illi numeri nō sint ī ꝓportione aliquorum numerorum quadratoruꝫ: linee quoqꝫ que procedunt hac via ab.a.sint.c.d.e.⁊ a.b.procedant.f.g.h.dico ꝙ nulla ex lineis.c.d.e.communicat in longitudine vel potentia cum aliqua ex lineis.f.g.h.cum enim sint.c.⁊.f.tetragonica latera.a.⁊.b.at.d.⁊.g.tetragonica latera. c.⁊.f.⁊.e. ⁊.h. tetragonica.d ⁊ g.nō est possibile vt aliqua ex.c.d.e.cōicet cum sua cōpari ex.f.g.h.vl̄ longitudine vel potētia. Si enim alterutro modo cōmunicet.e.cum.h.sequitur ut.d.cōmunicet cum.g.⁊.c.cum.f.quare ⁊.a.cum.b.etiam in longitudine quod est cōtra ypothesim. Uniuersaliter autem verum est dicere quēlibet harū esse vtroqꝫ modo incommensurabilem cuilibet istarū. Dato nanqꝫ ꝙ.d.communicet cum. h. etiam ī potentia tantum.sequitur ut.c.quoqꝫ cōicet cum.g.⁊.a.cum.f.quod nō ē possibile. Attendere autem oportet ꝙ cum dico latus lateris nihil aliud intelligo q̄ꝫ latus superficiei denominate a latere priori.vnde tetragonicum latus linee.a. voco lineam illam que potest in superficiem dictam a linea.a.talis autem superficies est quā continet linea.a.⁊ linea rōnalis in longitudine dicta ab vno. Si ergo libet inuenire tetragonicum latus cuiuslibet lineē.sit linea.a.cuius tetragonicū lat⁹ volo inuenire.b.vero sit linea rōnalis in longitudine dicta ab vnitate ⁊ ipsa est minima omnium linearum rōnalium numeratarum ab integris medio loco proportionalis inter eas.sit.c.est igitur ꝑ.16.sexti.c.tetragonicum latus.a.idem enim fit ex.a. in.b.⁊ ex.c.in se. At vero ex.a.in.b.fit sup̄ficies dicta ab.a. Quicquid enim a quolibet in vnum ducto producitur ab eo qd̄ vnum multiplicat denominatur. Et nota ꝙ cum.c.fuerit latus teteragonicum linee.a.indifferenter contingit lineam.c. esse maiorem linea.a.⁊ minorem prout.b.etiam fuerit maior aut minor. Explicit liber Decimus: incipit liber Undecimus.

Corpus est qd̄ longitudinem ⁊ latitudinem ⁊ altitudinē habet cui⁹ termini sunt sup̄ficies Linea erecta supra sup̄ficiē ē que cū singulis sibi ꝯterminalibus lineis in ea sup̄ficie expāsis angulos rectos facit.linea aūt hec supra eā superficiē perpendicularis esse ⁊ ad eādē orthogonaliter insistere dicitur.

¶ Intelligat̄ enī linea.a.b.exurgere supra planū: ita ꝙ pūctus.a.imaginet̄ ī aere ⁊.b.in plano ⁊ a pūcto b.ducant̄ plures linee in eodem plano ut.b.c. b.d.⁊ quotlibꝫ alie. Si igit̄ ita fuerit ꝙ linea .a.b.cū linea b.c.⁊ cū linea.b.d.⁊ cū qualibet alia linea ꝓtracta a puncto.b.ī plano illo angulū






rectū cōtineat ipsa dicetur esse perpendicularis ad illā superficiē in qua ꝓtracte sūt beelinee videlicet.b.c.ꝛ.b.d.ꝛ alie cū quibus ipsa ponit continere angulū rectuz. ¶Superficies autē erecta sup supficiē est quotiēs puncto vno eodem linee que est cōmunis terminus illaꝝ supficieꝝ due perpendiculares cōterminales supstant que rectū cōtinentes angulū in eisdē supficiebus site sunt. ¶Verbi grā imaginemur supficiē.a.b.c.d.exurgere supficiē vero.c d.e.f. iacere: ꝛ intelligamus lineam .c. d.esse communem terminum ambarum in ea itaqꝫ signet punctus.g.a quo ad lineā.c.d.extrabant due linee perpendiculares vna vidz i superficie.c.d.e.f.que sit.g.k:ꝛ alia i supficie.a.b.c.d.que sit.g.b si igitur angulus quē continent hec due linee perpendiculares videlicet.g.b.ꝛ.g.k. erit rectus supficies.a.b.c.d.dicitur ortbogonaliter erecta super supficiē.c.d.e.f. ¶Superficies equidistātes sunt que in vtrālibꝫ partem ꝓtracte nō concurrent et si in infinitum ꝓducantur. ¶Intellectum est quod dicit. Scire tamē debes qꝫ omnes plane supficies aut sunt equidistantes ab inuicem aut in omnē partē ꝓtracte cōcurrent alicubi ꝛ super rectā lineā se secabunt lineas autē rectas nō ē necessariū vl' eē equidistantes vel in vtrāqꝫ ptez ꝓtractas concurrere Quippe que in eadē supficie nō sunt nec equidistant ab inuicē nec tñ quantūlibet ꝓtracte cōcurrent. ¶Equa corꝓora sunt atqꝫ similia quoꝝ termina les superficies numero ac quantitate equales vnius creationis sint at qꝫ similes similia corꝓora sunt que similibus superficiebus numero equalibus continentur. ¶Si bas duas diffinitiones de corꝓoribus equa/libus ꝛ similibꝰ nō intelligis ad diffinitionē similium superficieꝝ posita in princi/pio sexti recurre. ¶Corpus seratile dicitur qō quiqꝫ superficiebus qua/rum tres paralellograme sunt due vero triangule continentur. ¶Domui quatuor parietes equidistantes habenti tectū vnico fastigio supremis duarum parietum lateribus equali ꝛ equidistanti suppositum seratilis corporis expressam similitudinem gerit. ¶Spera est transitus arcus circūferentie dimidij circuli quotiens sumpto vel supꝓremo semicirculo lineaqꝫ di ametri fixa' donec ad locum suum redeat arcus ipse circumducitur. ¶Super quālibet lineā semicirculo descripto si linea illa fixa semicirculus tota re volutione circūducatur corpus quod describitur spera nominat cuius centrū con/stat esse centrum semicirculi circūducti. ¶Piramis laterata est figura cor/porea quā cōtinent superficies ab vna quaꝝ relique sunt ad vnū op/positum punctū surſum erecte. ¶In omni laterata piramide cuncte supfici/es ipsam ambientes ab ipsius basi ad vnum punctū sublevātur qui conus pirami/dis dicitur suntqꝫ omnes hec laterales supficies triangule: basis vero frequēter nō est triangula. ¶Piramis rotunda est figura solida: estqꝫ transitus tri anguli rectanguli alterutro suorum laterum rectum angulum continē tium fixo ꝛ donec vsqꝫ ad locum vnde moueri cepit redeat triangulo ipso circūducto. Si autem latus fixum lateri circūducto fuerit equale erit figura rectangula. Si vero longius acutiangula. Si vero breui⁹ obtusiangula erit. Axis autē ipsi⁹ figure ē latus fixū. Basisqꝫ sua cir/culus Dicitur autem figura hec piramis columne rotunde.




¶Sit trigonus.a.b.c.rectū angulū habens qui sit.b.figaturqꝫ altez duoꝝ laterū ambictiū rectū angulū.b.sitqꝫ latus ꝛ ō figit.a.b.quo fixo circūducat trigon⁹ quo/

usq3 ad locū vnde moueri cepit redeat: corporea ergo figura que huius trigoni motu describitur rotunda piramis appellat: cui⁹ tres sūt diffie. Alia eni est rectangula alia acutiangula. Tertia obtusiangula Et prima quidē ē qñ latus.a.b.lateri.b.c.fuerit equale. Esto eni ut linea.b.c.cū rotatu trigoni puenerit ad situ lince.b.d.ita q̄ punct⁹.c.cadat sup pūctū.d.fiatq3 linea vna.hoc ē vt ipsa tunc p̄iungat situi a quo moueri cepit scōm rectitudinē: eritq3 linea hic q̄si.b.c.d.z q̄ ex.32.p̄mi z.5.eiusdē angulus .c.a.b.ē medietas recti erit angulus.c.a.d.rectus.ideoq3 piramis hec dicitur rectangula. Si autē latus.a.b.sit longius latere.b.c.erit acutianguli: erit eni tunc ex.32.primi z.19.eiusdē angulus.c.a.b.minor medietate recti. ideoq3 totus angulus.c.a.d.ē mior recto z acutus: quare piramis acutiangula. Qō si latus.a.b fuerit breuius latere.b.c.erit angulus.c.a.d.maior medietati recti ex.32.primi et 19.eiusdē z totus.c.a.d.qui ē duplus ad ipsū.c.a.b.maior recto z obtusus. igitur z piramis cōuenienter tūc dicit obtusiangula. Axis autē huius piramidis dicit linea.a.b. basis vero eius circulus quē describit linea.c.b.super centr̄.b.dicit quoq3 hec piramis columne rotunde illi⁹ videlicet quā motu suo describeret palellogrammum ꝓueniens ex.a.b.z.b.c.latere.a.b.manente fixo.

¶ Figura corporea rotunda cuius bases sunt circuli duo plani extremitatibus z crassitudine idest altitudine equales est transitus parallelogrami rectanguli latere rectū angulum continente fixo ipiaq3 superficies donec ad locū suū redeat circunducta dicitur q3 hec figura columna rotūda. Columne itaq3 rotunde atq3 spere circuliq3 vnū atq3 idē est centrū. ¶ Sit palellogramū rectangulū.a.b.c.d.figuraq3 latus.a.b.z eo fixo totū palellogramū quousq3 ad locū suū cadat vel redeat circūducat: corporea ergo figura huius palellogrami motu descripta rotunda columna nominatur cuius bases sunt duo circuli centrum est punctus.b.alter vero est quem motu suo designat linea.d.a.z eius centrum est punctus.a. Axis autem.huius columne dicitur linea.a.b.que manet fixa in motu palellogrami. Qō si imaginati fuerimus parallelogram m.a.b .c.d.cum peruenerit rotatu suo ad situm.a.b.e .f.communi situi a quo moueri cepit secundum continuitatem superficiei plane: vt scilicet totū sit vnū palellogramū.d.c.e.f.z protraximus in eo diametrū. d.c. erit quoq3 diameter .d. e.diameter colūne. Qō autē dicit columne z spere z circuli idem esse centrū: intelligi oz cū box vna ē eadēq3 diameter. Verbi grā diximus eni q̄. d.e.ē diameter istius colūne Sperā igit atq3 circulū quox diameter est linea.d.e. necesse est idē centr̄ habere cū centro ꝓposite colūne. Sit eni vt linea. d.e.secet lineam a.b.in puncto.g.eritq3 .g.centr̄ columne: diuidit eni axem colūne p equalia z diametr̄ colūne p equalia qō p3 p.25.primi nam anguli qui sunt.a.d.g. sunt equales ex.15.primi z anguli qui sunt ad.a.z.b.recti ex ypothesi: linea quoq3.a.d.ē equalis linee.b.e.itaq3.d.g.est equalis.e.g.z.a.g.equalis.g.b.cunq3 anguli.c.z. f.sunt recti si super punctū.g.scōm spaciū.d.g.ac super lineā.d.e.circulus describat trāsibit ex cōuersa p̄me ptis.30.tertij per puncta.c.z.f.itaq3 punctum.g. est centrū circuli cuius diameter est diameter columne. ideoq3 z spere: quare manifestum est omni parallelogramo rectangulo circulum omniq3 columne rotunde speram esse circūscriptibiles. Sicq3 patet q̄ voluit istud theoreuma.

¶ Angulus corporeus siue solidus est quem continent anguli plani plures q3 duo qui in vna superficie siti ad vnum punctum angularem









conueniunt. ¶ Duo anguli plani angulum solidum perficere nequeunt sicut nec due recte linee nequeunt superficiem claudere. Angulos quoq; planos solidū angulum continentes in eadē superficie nō conuenit esse sitos sed in diuersis quēadmodū duas rectas lineas planū perficientes angulum non conuenit sibi inuicem secūdū sitū rectitudinis applicari. ¶ Similes sunt figure corporee rotūde siue sit colūne siue earū piramides quaꝝ axes diametris suarū basiū sunt proportionales. ¶ Propositis enim duabus piramidibus rotundis aut duabus columnis rotundis si fuerit proportio axis vnius eaꝝ ad diametrum sue basis sicut axis alterius ad diametrum sue basis ille due columne aut piramides similes adinuicem esse dicuntur.




## Propositio .1.

Linee recte partem esse in plano ⁊ partem in sublimi ē impossibile.

¶ Sit linea.a.b..recta.dico q̄ non est possibile ut pars eius sit in plano ⁊ pars sursum elevata. si enī est possibile sit pars eiꝰque est.a c.sita.in plano ⁊ pars eius que ē.c.b. in sublimi posita ⁊ protrahat̄ directe.a.c.in plano in quo ipsa sita est vsq; ad.d.eritq; vt vni eidemq; linee que est linea.a.c.due linee penitꝰ diuerse que sūt linee.c.b.⁊.c.d.ex eadē parte directe adijciant̄ qō est ipossibile:ex.13.primi.




## Propositio .2.

Omnes linee due quarum altera alteram secat in vna superficie site sunt omneq; triangulus in vna supficie totus consistit.

¶ Sint due linee recte.a.b.⁊.c.d.se inuicem secantes in puncto.e.dico eas esse in superficie vna ⁊ omnē triangulū dico esse in superficie vna totū.signetur enī punctus.f.in linea.c.d.⁊ punctū.g.in linea.a.b.⁊ ducat̄ linea.f.g.Quia igitur impossibile est ptez trianguli.e.f.g.esse in plano ⁊ ptem i sublimi quin etiam suarum terminaliū lineaꝝ vnius aut plurium pars similiter sit in plano.⁊ pars simūliter in sublimi cum de lineis hoc sit impossibile pcē premissam erit quoq; impossibile de triangulo.itaq; totus triangulus.e.f.g. est in superficie vna. Ex hac igitur secūda parte ⁊ premissa cōstat prima ps huius secunde propositionis.




## Propositio .3.

Omnium duarum superficieꝝ se inuicē secantiū cōmunis sectio est linea recta.

¶ De planis superficiebus intellige ⁊ verum erit qō dicitur. Sint itaq; due superficies plane.a.b.⁊.c.d.se inuicem secantes dico q̄ earuꝫ cōmunis sectio erit linea recta. Esto enī duo pūcta.e.⁊.f.termini cōmunis sectionis eaꝝ que cōtinuent̄ per lineā rectā que sit.e.f.si igitur linea.e.f.est in vtraq; duaꝝ supficieꝝ.a.b.⁊.c.d. ꝓstat ꝓpositū:at vero si in neutra aut si nō in altera:cū ambo puncta.e.⁊.f.sint in vtraq; supficieꝝ.a.b.⁊.c.d .in ea superficie in qua ipsa nō fuerit protrahat̄ linea recta que sit.c.b.f.erūt igit̄ due recte linee.ef.⁊.e.b.f.hñtes duos terminos cōes qō ē ipossibile.sic enī due recte linee includerēt superficiē qō ē ꝑ petitionē vltimā p̄mi libri.

## Propositio .4.

Si fuerit linea orthogonaliter ab inscisione duarum linearum erecta intersecantium se: ipsa ad earundem superficiē perpendicularis erit.

¶ Sit linea.a.b. orthogonaliter erecta super inscisionē duaꝝ linearū

c.d.z.e.f.secãtiũ se in puncto.b.de quibus ꝓstat ꝑ antepremissã qꝫ ipse sunt site in vna superficie dico qꝫ linea.a.b.ꝓpendicularis ẽ ad ipsaꝫ supficiẽ. Sint enĩ.c.b .z b.d.equales at vero.f.b.z.b.e.equales z ꝓtrahanꝫ lince.e.d.z.c.f.que erũt equales per.4.primi z equidistantes p.27.eiusdẽ.Signato itaqꝫ puncto aliquo i linea c.d.qui sit.g.ducaꝫ linea.g.b.b.critqꝫ ex.26.primi .e.g. equalis.f.b. igiꝫ a puncto a.vel quouis puncto linee.a.b.demittanꝫ ypothemisaliter lince.a.c.ad.a e.a.f.a. g.a.b.critqꝫ ex.4.primi.a.c.equalis.a.d.z.a.c.eq̃lis.a.f.Itẽ p.8.eiusdẽ eq̃lis erit agulus.a.e.d.eq̃lis ãgulo.a.f.c.ergo per.4.ipsi⁹ erit.a.g.eq̃lis.a.b. z ideoqꝫ p.8. eiusdem erit angulus.a.b.g.equalis angulo.a.b.b.quare ex diffinitione vterqꝫ ẽ rectus z linea.a.b.ꝓpendicularis ad lineã.g.b.Simili quoqꝫ mõ ꝓbabis eãdẽ esse ꝓpendiculare ad oẽs lineas ꝓtractas a puncto.b.in supficie duaꝫ lineaꝫ.c.d.z.e. f.igiꝫ ex dione constat lineã.a.b.eẽ ꝓpendiculare ad supficiẽ i qua site sũt due linee c.d.z.e.f.seinuicẽ secãtes qõ ẽ ꝓpositũ.

## Propositio .5.

Si super tres lineas cõterminales cõi eaꝫ termino erecta linea quedã orthogonaliter insistat eedẽ tres linee i vna superficie site erunt. Sit linea.a.b orthogonaliter erecta super cõem terminũ triũ lineaꝫ.b.c.b.d.b.e.angulariter se cõtingentiũ in puncto.b.quaꝫ nulla alij directe applicetur qõ idem ẽ ac seinuicem secent in puncto.b. protracte enĩ se secabunt dico qꝫ tres linee.b.c.b.d.b.e.sunt in vna superficie site. Constat autẽ de quibusqꝫ eaꝫ duab⁹ qꝫ ipse sunt in vna super/ficie site per scõam buiꝰ vel ꝑ primã ptẽ.2 .buiꝰ.si igiꝫ linea.b.d.nõ fuerit in sup/ficie duaꝫ lineaꝫ.b.c.z b.e.sed ille duo i planoꝫ:hoc autẽ in sublimi:erit vt hec su per ficies in qua site sunt due linee.a.b.z.b.d.si ꝓtrahatur z ꝑ illud qõ notũ est sup quartã secet illã in qua site sunt.b.c.z.b.e.eritqꝫ per.3.huius cõis eaꝫ sectio linea recta z ipsa sit.b.f.qꝫ igitur ex premissa linea.a.b.ẽ ꝓpendicularis ad superfi ciẽ duaꝫ lineaꝫ.b.c.z.b.e.sequiꝫ ex diffinitione vt ipsa sit perpẽdicularis ad lineã b.f.quare angulus.a.b.f.est rectus cunqꝫ etiã angulus.a.b.d.sit rectus ex ypothe si.sequitur ipossibile videlicet ptẽ suo toti eẽ equalẽ.

## Propositio .6.

Si fuerint due linee super vnã supficiẽ ꝓpendiculares eas eqdistãtes eẽ necesse est. Sint due linee.a.b.z.c.d.ꝓpendicu lares ad vnã superficiẽ dico eas esse equidistantes:ꝓtrahaꝫ enim li nea.b.d.eruntqꝫ ex dione duo anguli.a.b.d.z.c.d.b.recti.si igiꝫ due lince.a.b.z.c.d.sint in superficie vna ipse sunt equidistantes p scõaꝫ partẽ.28.primi:ipsas autem esse in superficie vna sic collige:a puncto.b. super li/neam.b.d.in plano cui perpendiculariter insistunt.a.b.z.c.d.ꝓtrahe orthogona liter lineam.b.f.z ex linea.c.d.sume.d.e.equalem.b.f.z ꝓtrahe lineas.e.b.z.e. f.erunt igiꝫ duo latera.e.d.z.d.b.trianguli.c.d.b.equalia duob⁹ lateribus. f.b.z d.b.trianguli.f.d.b.z angulus.e.d.b.equalis angulo.f.d.b.cũ vterqꝫ sit rect⁹. ita qꝫ per quartã primi linea.b.e.ẽ equalis linee.d.f.itẽqꝫ cũ duo latera.e.b.z.b. f.tri anguli.e.b.f.sint equalia duobus lateribus.f.d.z.d.e.trianguli.f.d.e.z basis.e.f. cõis erit p.8.primi angulus.e.b.f.equalis angulo.f.d.e. cũ vterqꝫ sit rect⁹ :qꝫ igiꝫ angul⁹.f.d.e.ẽ rect⁹ a dione erit etiã angul⁹.e.b.f.rect⁹:itaqꝫ linea.f.b. ꝓpẽdicula riter ẽ erecta sup cõem terminũ triũ lineaꝫ.b.a.b.d.b.e.se ꝓtingẽtiũ angulariter i puncto.b.q̃re ꝑ ꝑmissã ipse sũt i supficie vna:cũ igiꝫ ex ꝑma parte b⁹ scõe linea.c.d












sit in eadem superficie. cum vtraq; lineaꝝ.e.b.ꝛ.b.d.sequitur.a.b.ꝛ.c.d.esse i superficie vna: Constat ergo propositum.

## Propositio .7.

Si in duabus lineis equidistantibus duob⁹ punctis signatis ab altero ad alterū recta linea ducat: in qua superficie ille due linee site sunt eam quoq; in eandem sitam eē necessario comprobatur.

¶Sint due linee. a.b .ꝛ. c.d. equidistantes de quibus constat per diffinitiōem q̄ ipse sunt in superficie vna: in eis autem signentur duo puncta e.ꝛ.f.ꝛ producatur linea recta.e. f. dico itaq; lineam.e .f. esse sitam in superficie linearum.a.b.ꝛ.c.d. Sin autem sit.e.f. in alia superficie vt in sublimi dependens q̄ superficies si protrahatur secabit necessario superficiē in qua site sunt due linee.a. b.ꝛ.c.d. eritq; per.3. huius cōmunis sectio earum linea recta eisdem punctis terminata quod est impossibile. sic enī due recte linee cōcluderent superficiem.

## Propositio .8.

Si in idem planū due recte linee equidistanter erigantur altera vero earum orthogonaliter sistat reliquam quoq; ad idem planum perpendicularem esse conueniet.

¶Hec est quasi conuersa sexte. Sint enim due linee.a.b.ꝛ.c.d. equidistantes et sit earum altera vt.c.d. erecta perpendiculariter super superficiē quālibet: dico reliquā earum que est.a.b. esse perpendicularem ad eandē superficiem. Fiat enim prorsus eadem dispositio que in sexta: eritq; ut ibi vtraq; duoꝝ angulorꝝ.f.d.b.ꝛ. f.b.c. rectus: primus quidem per positionem. secūdus autē per.8. primi: quare p.4. huiꝰ linea.f.b. ē ꝓpendiculariter erecta super supficiem i qua sunt due linee.b.d.ꝛ.b.c. cūq; per premissā due linee.a.b.ꝛ.c.d. sint in eadem superficie cum duabus lineis.b.d.ꝛ.b.c. sequitur lineā.f.b. esse ꝓpēdiculariter erectā supra superficiē in qua est linea.b.a.a diffinitione igitur erit angulus.f.b.a. rectus ꝛ q̄ etiam angulus.d.b.a. est rectus per vltimā partē.29. primi: sequitur per quartam huius lineam.a.b. esse perpendicularem ad superficiem in qua site sunt due linee.b.d.ꝛ.b.f. quare constat propositum.

## Propositio .9.

Si due linee vni non in vna superficie equidistāt eas quoq; sibi inuicem equidistare necesse est.




¶Sit vtraq; duarum linearum.a.b.ꝛ.c.d. equidistās linee.e .f. nec sint omnes in superficie vna: dico q̄ eedem quoq; sibi inuicem sunt equidistantes: de his quidē que sunt omnes in supficie vna probatū est per.30. primi: at vero de his que in vna supficie non sunt vt est hic.e.f. que intelligatur surſū erecta i sublimi. restat hoc loco probandū. signetur itaq; in ea pūctus.g.a quo educantur due perpēdiculares ad duas lineas .a.b.ꝛ.c.d. que sint.g h.ꝛ.g.k. eritq; per.4. huius linea.e.f. perpendicularis ad superficiē videlicet illam in qua sunt site due linee.g.h.ꝛ.g.k. itaq; per premissā bis assumptā vtraq; illaꝝ duaꝝ lineaꝝ.a.b.ꝛ.c.d. ꝓpendicularis ē ad eandē supficiē videlicet ad illā in qua site sunt dicte due linee.g. h.ꝛ.g.k.p sextā huiꝰ igitur ipse sunt sibi inuicē equidistantes qō est propositū.

## Propositio .10.

SI due linee se angulariter contingentes duabus alijs se cõtingentibus eis oppositis equidistantes fuerint: nõ aũt in superficie vna qui ab eis fiunt duo anguli eque sibi inuicem esse comprobantur.

ãgulos ei⁹ quare ꝑ diffinitionẽ ipsũ est ab assignata spera circũscriptibile. dico iterꝝ ꝙ latus huius figure ẽ linea irrõnalis ista videlicet que residuũ dicitur si diameter spere ipsũ circũscribentis fuerit rõnalis in longitudine vel in potentia. cũ eni diameter spere sit ex. 14. huius tripla in potentia ad latus cubi erit latus cubi rationale in potentia si diameter spere fuerit rõnalis in longitndine vel in potentia. Constat autem ex. 11. ꝙ linea. r. p. diuidit lineam. a. d. que est latus cubi ꝑm proportionẽ habentẽ mediũ duoqꝫ extrema ⁊ ꝙ portio ei⁹ maior equalis est lateri pentagoni ⁊ qꝛ maior portio ei⁹ ẽ residuũ ex sexta huius manifestũ est latus figure duocedron esse residuũ qđ demõstrare voluimus. Fabricata sũt igitur ꝑ. 13. ⁊ quatuor eam sequentes quinqꝫ corpora equilatera atqꝫ equiangula quoꝝ vnũqđqꝫ ẽ circũscriptibile ab assignata spera. Sunt aũt hec solida: primũ quidẽ q̃tuor basiũ triãgularium: ⁊ dicitur tetracedron. Secũdũ est sex basiũ quadrataꝝ ⁊ dicitur cubus siue exacedron. Tertiũ octo basiũ triangulariũ: ⁊ dicit̃ octocedron. Quartũ autem ẽ solidũ ycocedron ⁊ est viginti basium triangulariũ. Quintũ vero ex. 12. basib⁹ pentagonis cõsistit: diciturqꝫ duodecedron. hec autẽ quinqꝫ solida regularia dicuntur qm̃ ipsa eq̃ãgula sũt atqꝫ eq̃latera ⁊ a spera atqꝫ ab inuicẽ circũscriptibilia. plura vero his quiqꝫ eq̃latera q̃ sint ⁊ eq̃ãgula esse ẽ impossibile. Ad cõstitutionẽ cuiuslibet anguli solidi necesse est ad minus tres sup̃ficiales angulos cõcurrere. Ex duobus eni solis superficialibus nequit solidus angulus cõpleri: qꝛ ergo tres anguli cuiuslibet exagoni equilateri ⁊ equianguli sunt equales q̃tuor angulis rectis. At vero eptagoni ⁊ cuiuslibet pluriũ lateꝝ figure equilatere atqꝫ equiangule tres anguli sũt maiores quatuor angulis rectis quẽadmodũ ex. 32. primi euidenter elicit̃: omnis autẽ angulus solidus quatuor rectis angulis minor ẽ teste. 21. vndecimi impossibile est tres angulos exagoni atqꝫ eptagoni: ⁊ simpliciter omnis plurilatere figure equilatere tamẽ atqꝫ equiangule solidũ angulum constituere. iõ nulla solida figura equilatera atqꝫ equiangula põt ex sup̃ficiebus exagonalibus aut pluriũ lateꝝ constitui. Si eni tres anguli exagoni equilateri atqꝫ equianguli quemqꝫ solidũ angulum excedũt quatuor ⁊ plures multo fortius eundẽ excedũt: tres aũt angulos pentagoni equilateri atqꝫ equianguli minores esse quatuor rectis angulis. manifestũ ẽ ⁊ quatuor eẽ maiores: quare ex tribus angulis pentagoni equilateri atqꝫ equianguli possibile est solidũ angulũ constitui. ex quatuor autẽ aut ex pluribus impossibile. ideoqꝫ vnũ duntaxat solidum ex pentagonis equilateris atqꝫ equiangulis cõstitutũ est illud videlicet qđ duodecedron dicit̃ in quo anguli pentagonoꝝ terni et terni solidos angulos ꝑficiunt. Eadem quoqꝫ est rõ in quadrilateris figuris equilateris ⁊ equiangulis que in pentagonis: oĩs enim quadrilatera figura si equilatera equiangulaqꝫ fuerit ipsa erit q̃drata a diffinitione. Nã omnes ei⁹ anguli erunt recti per. 32. primi. Ex tribus igit̃ angulis talis superficialis figure possibile est solidum angulum cõstitui: ex quatuor aũt aut ex plurib⁹ impossibile est: ꝓpter qđ ex talib⁹ figuris superficialib⁹que cũ drilatere ipse sũt eq̃latere atqꝫ equiangule vnicũ solidũ qđ cubũ dicimus: fabricatũ ẽ trianguloꝝ aũt equilateroꝝ sex anguli sũt eq̃les quatuor rectis ex. 32. primi: pauciores ergo minores ⁊ plures maiores: igit̃ ex sex angulis taliũ trigonoꝝ aut ex pluribus impossibile ẽ angulum solidum fieri: ex quinqꝫ et ex quatuor ⁊ ex tribus possibile. Cum itaqꝫ tres anguli trigoni equilateri efficinnt angulum solidũ: perficitur ex triangulis eq̃lateris corpus quatuor basium triangularium atqꝫ equilaterum. Cum vero quatuor consurgunt corpus octo

basium quod octocedron diximus. At vero si quinqꝫ triangulorum equilaterorum anguli solidum angulum cōtineant fiet corpus ycocedron viginti basi m triangu/lariū ⁊ equilateraꝝ. Quare ergo tot ⁊ talia sunt solida regularia ⁊ quare plura his non sint dictum est.

## Propositio .18.

Latera quinqꝫ corporum premissorum ab eadeꝫ spera circumscriptibilium cuius spere sola diametros nobis ꝓposita fuerit per ipsam propositam diametrum inuenire.

¶ Sit .a.b. diameter alicuius spere nobis proposita. ex qua iubemur latera quinqꝫ premissoꝝ corpoꝝ elicere. Diuidam⁹ igit̄ hanc diametrum in .c. ita ꝙ .a.c. sit dupla ad .c.b. ⁊ per equalia in .d. ⁊ lineemus sup̄ eam semicirculum .a.f.b. ad cuius circūferentiā protrahant̄ due linee perpendiculares ad lineā .a.b. que sint .c.e. ⁊ .d.f. ⁊ iungam⁹ .e. cū .a. ⁊ cū .b. ⁊ .f. cū .b. Manifestū ergo ē ex demonstratione .13. ꝙ .a.e: ē latus figure quatuor basium triangulariū ⁊ equilateraꝝ ⁊ ex demōstratione .14. ꝙ .e.b. ē lat⁹ cubi: ⁊ ex demōstratione .15. ꝙ .f.b. est latus figure octo basium triangulariū ⁊ equilateraꝝ: prodeat itaqꝫ a puncto .a. linea .a.g. perpendicularis ad .a.b. ⁊ equalis eidē .a.b. ⁊ iungat̄ .g. cum .d. sitqꝫ .h. punctus in quo .g.d. secat circūferentiā semicirculi ⁊ ducat̄ .h.k. perpendicularis ad .a.b. ⁊ quia .g.a. est dupla ad .a.d. erit ex quarta sexti .h.k. dupla ad .k.d. Sunt enim duo triāguli .g.a.d. ⁊ .h.k.d. eq̄anguli ex .32. primi eo ꝙ angul⁹ .a. maioris ē equalis angulo .k. minoris: nāqꝫ vterqꝫ rectus ⁊ angulus .d. ē cōis vtriqꝫ: igitur ex quarta scd̄i .h.k. est potentia quadrupla ad .k.d. ergo ex penul̄. primi .h.d. est potentia quincupla ad .k.d. cūqꝫ .d.b. sit equalis .h.d. est eni .d. centrū semicirculi erit quoqꝫ .d.b. potentia quincupla ad .k.d. At vero cū tota .a.b. sit dupla ad totā .b.d quēadmodū .a.c. detracta ex prima .a.b. ē dupla ad .c.b. detractā ex secunda .b.d. eritqꝫ ex .19. quinti .b.c. residua prime: dupla ad .c.d. residuā secunde: ideoqꝫ tota .b.d. est tripla ad .d.c. igitur q̄dratū .b.d. est nonecuplū ad quadratū .d.c. ⁊ qꝛ ipsū erat quincuplū tm̄ ad quadratum .k.d. erit ex scd̄a p̄te decime quinti .quadratū .d.c. minus q̄drato .k.d. ideoqꝫ .d.c. minor .k.d. sit ḡ .d.m. equalis .k.d. ⁊ ꝓdeat .m.n vsqꝫ ad circūferentiā que sit perpendicularis ad .a.b. ⁊ iungat̄ .n. cū .b. Cū igit̄ .d.k ⁊ .d.m. sūt eq̄les erūt ex diffinitione ei⁹ qd̄ ē aliq̄s lineas a centro eq̄distare due linee .h.k. ⁊ .m.n. eq̄liter distantes a centro. ideoqꝫ eq̄les adinuicē ex scd̄a parte .13. tertij ⁊ ex scd̄a p̄te tertie eiusdem. itaqꝫ .m.n. ē equalis .m.k. nam .h.k. erat equalis ei. At qꝛ .a.b. dupla est ad .b.d. ⁊ .k.m. dupla est ad .d.k. ⁊ quadratum .b.d. quincuplū ad quadratū .d.k. erit ex .15. quinti quadratū .a.b. sil̄r quincuplū ad q̄dratū .k.m. ē eni quadratū dupli ad quadratū dupli sicut quadratū simpli ad q̄dratum simpli. Ex demōstratione eni .16. manifestū ē ꝙ diameter spere ē potētialiter quicupla tā ad lat⁹ exagoni circuli figure .20. basiū ḡ .k.m. ē eq̄lis lateri exagoni circuli figure .20. basiū nā diameter spere q̄ ē .a.b.c potētialiter quicupla tā ad lat⁹ exagoni circuli illi⁹ figure q̄ꝫ .ad .k.m. Kurs⁹ qꝫ ex demōstratione eiusdē manifestū ē ꝙ diameter spere cōstat ex latere exagoni ⁊ duplici lateri decagoni circuli figure .20. basiū cū ergo .k.m. sit tanq̄ꝫ lat⁹ exagoni. at vero .a.k. sit eq̄lis .m.b. nā ipsa sūt residua eq̄liū dēptis eq̄lib⁹ erit .m.b. tāq̄ꝫ lat⁹ decagoni: qꝛ igit̄ .m.n. ē tāq̄ꝫ lat⁹ exagoni. nā ipsa est equalis .k.m. erit ex penul̄. primi ⁊ .10. hui⁹ .n.b. tanq̄ꝫ lat⁹ pētagoni figure circuli .20. basiū ⁊ qꝛ ex demōstratione .16. apparet ꝙ lat⁹ pentagoni circuli figure 20. basiū ē lat⁹ eiusdē figure .20. basiū. constat lineā .n.b. ēe lat⁹ isti⁹ figure



Diuidat̃ itaq3.e.b.que ē lat⁹ cubi ab assignata spera circũscriptibilis ꝑm ꝓportio
nē habentē mediũ duoq3 extrema ī puncto.p.sitq3 maior portio eius.p.b.constat
igit̃ ex demõstratione p̃misse ꝙ.p.b. ē lat⁹ figure.12.basium. Inuenta ergo sũt la
tera.5. premissoꝝ corpoꝝ ex diametro spere nobis ꝓposita.ē eni latus. a.e.pira/
midis.4. basiũ.e.b.latus cubi.f.b.latus octocedri. at vero. n.b. latus ycocedri:li/
nea aũt.p.b.latus duodecedri. Que autē hoꝝ lateꝝ sint maiora alijs sic habetur.
constat eni ꝙ.a.e.ē maior.f.b.nã arcus.a.e.est maior arcu. f.b.itēq3.f.b.ē maior
e.b.ꝛ.c.b.maior q̃3.n.b.at vero.n.b.dico etiã esse maiorē q̃3.p.b.cum eni sit.a.c.
dupla ad.c.b.erit ex quarta scd̃i quadratũ.a.c.quadruplũ ad quadratũ.c.b. ꝯstat
autē ex scd̃a ꝑte correlarij.8.sexti ꝛ ex correlario.17.eiusdē ꝙ quadratũ.a.b.tripluꝫ
ē ad quadratum.b.e.sed ꝑ.21.sexti quadratũ.a.b.ad quadratũ.b.e.ē sicut quadra
tum.b.e.ad quadratũ.c.b.ex eo ꝙ ꝓportio.a.b.ad.b.e.ē sicut.b.e.ad. b.c. ex se/
cunda ꝑte correlarij.8.sexti.itaq3 ꝑ.11.quinti quadratũ.b.e.triplũ est ad quadra/
tum.c.b.ꝛ qꝛ quadratũ.a.c.quadruplũ est ad idē quadratũ vt ostensum ē: erit ex
prima ꝑte.10.quinti quadratum.a.c.minus quadrato.b.e.ideoq3 linea.a.c.maior
ē linea.b.e.iõq3.a.m.multo maior.b.e.manifestũ vero ex.9.huius ꝙ si linea.a.m
diuisa fuerit ꝑm ꝓportionē habentē mediũ duoq3 extrema erit maior portio eius
linea.k.m.que ē equalis.m.n. At vero cũ.b.e.diuidit̃ ꝑm eandē proportionem vi
delicet habentē medium duoq3 extrema maior eius portio ē linea. p.b. cum itaq3
tota.a.m.sit maior tota.b.e.erit.m.n.que est equalis maiori portioni.a.m.maior
q̃3.p.b.q̃ est maior portio b.e.hoc autē manifestũ est ex scd̃a.14.libri que sine auxi
lio alicuius eaꝝ q̃ sequũtur firma demõstratione solidat̃ :ergo ꝑ.19.p̃mi a fortiori
n.b.maior ē q̃3.p.b. Quare pꝫ latera hoꝝ.5.corpoꝝ p̃missoꝝ fere eo ordine quo
corpora seinuicē sequunt̃ se inuicē excedere.in cubo eni dũtaxat ꝛ octocedro habet
hic instantias.nã latus octocedri excedit latus cubi q̃zuis cubus antecedat octoce
drũ. Cubũ aũt premittunt idcirco octocedro :quia eadē diuisione diametri assig/
nate spere latus piramidis.4. bases triangulas habentis ꝛ latus cubi inuenit̃.est
igit̃.a.e.latus piramidis maius lateribus ceteroꝝ corpoꝝ:post ipsũ aũt ē.f.b.lat⁹
octocedri maius sequentiũ corpoꝝ lateribus Tertio ordine sequit̃ ī magnitudie.e.
b.latus cubi. Quarto vero loco est.n.b.latus ycocedron. Minimũ autem est om/
nium.p.b.latus duodecedron vel duodecedri. ¶ Explicit liber Terciusdecimus
Incipit liber Decimusquartus.

## Propositio .1.



Omnis perpendicularis a centro circuli du
cta ad latus pentagoni intra circulũ ipsũ de
scripti dimidio lateris decagoni atq3 dimi/
dio lateris exagoni intra circulũ eundē de/
scriptoꝝ ambobus dimidijs in longũ dire/
ctũq3 cõiunctis equalis eē ꝓbat̃. patet igit̃
ꝙ ꝑpendicularis ducta a cẽtro circuli ad la/
tus pentagoni ē equalis ꝑpẽdiculari ducte
a centro ad latus trianguli dimidioq3 late/
ris decagoni intra eũdē circulũ descripti di
recie cõiunctis. ¶ Sit linea.a.b.latus pentagoni
equilateri inscrpti circulo cui⁹ centꝝ.c.ꝛ ducat̃ a centro.c.ꝑpendicularis ad lineaꝫ
a.b. que ꝑ scd̃am ꝑtem tertie tertij diuidet ipsã ꝑ equalia ꝛ arcũ eius etiã ꝑ equalia




ex quarta primi ꝛ.27.tertij sitq3 hec ꝑpendicularis linea.c.d.secans.a.b. in pũcto e.ꝛ arcũ ei⁹ in puncto.d.est igit̃ vt dixim⁹ linea.a.e .eq̃lis linee.e.b.ꝛ arc⁹.a.d.ar cui.d.b. ꝓtrahat̃q3 linea.d.b.de qua cõstat ꝙ ipsa est lat⁹ decagoni equilateri ꝓ/ posito circulo inscripti cũ ipsa subtẽdat̃ medietati quinti totius circũferentie: dico itaq3 ꝙ linea.e.c.c̃ equalis medietati linee.c.d.ꝛ medietati linee. d.b. in longum directumq3 cõiunctis Cõpleatur quidem diameter.d.c.sitq3.d.c.g.ꝛ sit.e.f.equa/ lis.e.d.ꝛ ꝓtrahat̃.b.f. eritq3 ex.4.primi.b. f.eq̃lis.b.d.iõq3 per.5.primi angul⁹ b.d.f.erit equalis angulo.b.f.d.cõstat aũt ex vltima sexti ꝙ angulus.g.c.b. qua/ druplus ẽ ad angulũ.b.c.d.eo ꝙ arcus.g.b.quadrupl⁹ ẽ ad arcũ.b.d.at vero an/ gulus.g.c.b.ꝑ.32.primi dupl⁹ ẽ ad angulũ.b.d.c.nã ipse c̃ extrinsecus duob⁹ qui sunt.b.d.c.ꝛ.d.b.c.at ipsi sunt eq̃les ex.5. primi:igitur angulus.b.d.c.duplus est ad ãgulũ .b.c.d:q̃re ãgulus quoq3.b.f.d.duplus ẽ ad ãgulũ .b.c f.sed angul⁹.b.f d.ẽ equalis duob⁹ intrinsecis q̃ sunt.b.c.f.ꝛ.c.b.f.ꝑ.32.p̃mi.itaq3 duo ãguli.b.c.f ꝛ.c.b.f.sũt eq̃les:iõq3 ꝑ .6.primi .c f.ẽ eq̃lis.b.f. iõq3 etiã.c.f.c̃ eq̃lis.b.d.nã.b:d ꝛ b.f. sũt eq̃les adinuicẽ:q̃re dimidiũ.c.d.cũ dimidio.b.d.est quantũ dimidiũ.c.d cũ dimidio.c.f.at vero dimidiũ.c.d.cũ dimidio.c.f.ẽ quãtum dimidiũ.c. f.bis cũ dimidio.f.d.dimidiũ aũt..c.f.bis ẽ quãtum.c.f.ꝛ dimidiu3.f.d.ẽ q̃ntũ.e.f.itaq3.c c.est quantũ dimidiũ .c.d.cũ dimidio.c.b.ꝛ.d.b.qd̃ ẽ ꝓpositũ.Correl̃.aũt sic con stat manifestũ ẽ eni ex.8. tredecimi libri ꝙ ꝑpẽdicularis ducta a cẽtro circuli ad la/ tus trianguli sibi inscripti ẽ equalis dimidio linee ducte a centro ad circũferentiam hoc quidẽ ibi demõstratum ẽ ꝛ quasi correl̃.cõclusũ.cum igit̃ ex hac prima isti⁹.14 libri pateat ꝙ ꝑpendicularis ducta a centro circuli ad latus pentagoni sit equalis dimidio linee ducte a centro ad circũferentiã ꝛ dimidio lateris decagoni: sequitur ꝙ perpendicularis ducta a centro circuli ad latus pentagoni sit equalis ꝑpendicu lari ducte a centro ad latus trianguli:dimidioq3 lateris decagoni intra eundẽ cir/ culum descripti:ꝛ hoc est qd̃ ex correl̃.ꝓponit̃.Nunc ergo explicandũ est quod ait. Ariste⁹.in libro ĩtitulato Exposito scie.5.corpoꝝ nec nõ ꝛ Appoloni⁹ in dono secũ do:in ꝓportionalitate figure. 12.basiũ ad figurã.20.basiũ dicẽs:ꝙ ꝓportio suꝑfi cieꝝ figure habentis.12.bases ad superficies figure habentis.20. bases.ẽ tãq̃3 ꝓ/ portio corporis.12.basium ad corpus.20.basiũ:linea ꝛ eni ducta a centro circuli pentagoni figure .12.basium duodecedri ad circũferentiã eius ẽ quasi linea ꝓdiẽs a centro circuli trianguli figure.20.basium ycocedri ad circũferentiã eius.hec sunt ipsi⁹magni appollonij verba Intelligẽda aũt sũt de figura.12.ꝛ figura.20.basiu3 ab vna eadẽq3 spera circũscriptibilium.Est eni ꝓportio corꝑis duodecedri ad cor pus ycocedron cum ambo vna eadẽq3 spera circũscribit sicut ꝓportio omnium su ꝑficieꝝ duodecedri ꝑiter acceptaꝝ ad oẽs suꝑficies ycocedri pariter acceptas quẽ/ admodũ Appolloni⁹ p̃missoꝝ verboꝝ p̃ma ꝑte cõmemorat:qd̃ ꝛ decima huius.14 libri solida demõstratione stabilitur.ꝛ ẽ circulus circũscribens pentagonũ duodece dri equalis circulo circumscribenti trigonum ycocedri cum duodecedron ꝛ ycoce/ dron eadem spera circumscribit quẽadmodum ipse appollonius secunda ꝑte pre/ missorum verborum cõmemorat:quod etiam in quinta huius libri demonstratio ne firmatur:premittenda sunt igitur antecedentia ad tantorum virorum eloquia inconcussa veritate corroboranda.

## Propositio .2.

QUicquid accidit vni linee diuise secūdū ꝓportionē habē tem medium ⁊ duo extrema omni linee siliter diuise pro/ batur accidere ⁊c.

¶Sit vtraqꝫ duaꝝ linearꝝ.a.b.⁊.d.c.diuisa ꝟm ꝓportionē habentē mediū duoqꝫ extrema.hec quidem i.c.illa vero in.f.sintqꝫ maiores portiones:huius quidē.a.c.illi⁹ aūt.d.f.dico itaqꝫ ꝙ ambaꝝ ad sui maiores por/ tiones est vna ꝓportio.itemqꝫ ambaꝝ ad sui minores portiones est ꝓportio vna ad quoqꝫ maiorꝝ portionū ad minores vna.⁊ econtrario ⁊ permutatim ⁊ cōiuncti ⁊ diſiunctim ⁊ euersim.Nihil enī aliud est quicquid vni earꝝ accidit. idē quoqꝫ alij accidere.cōstat enī ex diffinitione linee ꝟm ꝓportionē habentē mediū duoqꝫ extre ma diuise ⁊ ex prima pte.16.sexti:ꝙ illud quod fit ex.a. b.in. b.c. est equale qua/ drato.a.c.eodēqꝫ modo quod fit ex.d.e.in.e.f.est equale quadrato.d.f.ideoqꝫ ꝓ/ portio eius qō fit ex.a.b.in.b.c.ad quadratū.a.c.ē sicut eius qō fit ex.d.e. in.e.f. ad quadratū.d.f.vtraqꝫ enī ē ꝓportio equalitatis:igit̄ quadruplū ei⁹ qō fit ex.a. b.in.b.c.ad quadratū.a.c.sicut quadruplū eius quod fit ex.d.c.in.e.f.ad quadra tum.d.f.qō ex.15.quinti:⁊ permutata ⁊ equa ꝓportionalitate manifestū est quare coniunctim quadruplū eius quod fit ex.a.b.in.b.c.cum quadrato.a.c.ad quadra tum. a.c. sicut quadruplū eius qō fit ex.d.e.in.e.f.cū quadrato.d.f.ad quadratū. d.f.Adiungaſ autem ꝟm rectitudinē ad lineā.a.b.vna linea que sit equalis. b.c.q̄ dicatur.b.g.⁊ ad.d.e.adiungatur equalis.e.f.que dicaſ.e.b.Manifestū est igitur ex octaua secundi libri ꝙ quadruplum eius quod fit ex.a.b.in.b.g.cum quadrato a.c.est equale quadrato linee.a.g.at vero similiter quadruplum eius quod fit ex.d e.in.e.b. cum quadrato.d.f.est equale quadrato.d.b.At vero ex cōmuni scientia quadruplū eius quod fit ex.a.b.in.b.c.equum est quadruplo eius quod fit.ex.a.b in.b.g.eo ꝙ.b.c.⁊.b.g.sunt equales.similiter quoqꝫ quadruplū eius quod fit ex.d e.in.e.f.equum est quadruplo eius qō fit ex.d e.i.e.b.eo ꝙ.e.f.⁊.e.b.sūt etiā eq̄/ les:igitur ex prima parte septime quinti ⁊ ex vndecima quinti eiusdē quadratum a.g.ad quadratum .a.c.sicut quadratum .d.b.ad quadratum .d.f.Quare ex scōa pte.21.sexti proportio linee .a.g.ad lineā.a.c.ē sicut linee.d. b ad lineā.d.f.⁊ con iunctim.a.g. ⁊.a.c.ad.a.c.sicut.d.b.⁊.d.f.ad.d.f.at vero.a.g.cum.a.c.sunt tan/ q̄ꝫ duplum .a.b.⁊.d.b.cum.d.f.tanquam duplum.d.e.quare dupla.a.b. ad.a.c. sicut duplum.d.c.ad.d.f.⁊ permutatim duplum.a.b.ad dupluꝫ.d.c.sicut. a.c.ad d.f.sed duplum .a.b.ad duplum .d.c.sicut.a.b.ad .d.c .ex.15. quinti: igitur.a.b. ad.d.e.sicut.a.c.ad.d.f.itaqꝫ permutatim ⁊ euersim ⁊ conuersim ⁊ diſiunctim et coniunctim:qō oportebat ostendere.




## Propositio .3.

DIuiso latere exagoni ꝟm proportionē habentē medium duoqꝫ extrema maior eius portio erit latus decagoni cir cumscripti a circulo ipsum exagonum circumscribente.

¶Sit linea .a.b.latus exagoni alicui⁹ circuli ⁊ diuisa secūdū ꝓporti onem habentem mediū duoqꝫ extrema ī puncto.c.sitqꝫ maior por/ tio eius.b.c. dico ꝙ cuiuscunqꝫ circuli.a.b.est latus exagoni eiusdem.b.c. erit la/ tus decagoni.Adiungatur enim ad lineam .a.b.linea.b.d. que sit latus decagoni illius circuli cuius .a.b.est latus exagoni:critqꝫ ex nona.13.linea.a.d.diuisa secun dum proportionem habentem mediū duoqꝫ extrema ⁊ maior portio eius erit




linea.a.b.cum igitur vtraq3 duarum linearu3.a.b.7.a.d.fit diuisa 6m ꝓportionē habentem medium duoq3 extrema:igit̄ erit per premissā ambaꝝ ipsaꝝ ad sui ma/ iores portiones vna ꝓportio.itaq3.d.a.ad.a.b.que est eius maior portio sicut.a. b.ad.b.c. que est etiā eius maior portio sed.d.a.ad.a.b.sicut.a.b.ad.b.d.ex diffi nitione linee diuise 6m proportionem habentem medium duoq3 extrema 7 maior portio eius :igitur ex vndecima quinti.a .b.ad.b.d. sicut.a .b.ad. b.c .quare per secundā ptem.9.quinti.b.d.7.b.c.sunt equales.cum ergo.b.d. sit latus decagoni erit quoq3 ex cōi scia.b.c.latus decagoni. Vel aliter ad linea.a .b. adiungaſ.b.d. equalis.b.c.eritq3 ex.4.tredecimi tota.a.d.diuisa 6m ꝓportionē habentē mediu3 duoq3 extrema 7 maior portio ei9 linea.a.b.itaq3 per cōuersā.9.tredecimi quā cō/ tinue post ipsā demōstrauimus cuius circuli linea.a.b.est latus exagoni ciusdez li nea.b.d.ideoq3 linea.b.c.sibi equalis ē latus decagoni. Possumus itez idez alia via si libet demonstrare.Sit eni.e.f.equalis.a.b.que etiā diuidaſ i.g.6m ꝓportio nē habē tē mediū duoq3 extrema 7 sit maior portio ei9 linea.f.g.ꝓstat igit̄ ex p̄mis sa q9 quēadmoꝺ.a.b.ē eq̄lis.e.f.sic.a.c.ē eq̄lis.c. g.7.c.b.eq̄lis.g.f.cūq3 fuerit.b d.adiūcta ad.a.b.lat9 decagoni illi9 circuli cui9.a .b.ē lat9 exagoni erit sicut p̄ius dictū ē ex.9.tredecimi tota.a.d.diuisa 6m ꝓportionē habentē mediū duoq3 extre ma 7 maior ei9 portio erit linea.a.b.itaq3 p̄ p̄missā.a:b ad.b.d.sicut.f.g.ad g.e. q̄re p̄ p̄mā partē.15.sexti qō fit ex.a.b.in.g.c.equū est ei quod fit ex.b.d.in.f.g.cū q3.a.b.sit equalis.e.f.7 erit qō fit ex.e.f.in.g.c.equū ē ei qō fit ex.b.d.in.f.g .Sed quod fit ex.e.f.in.g.e.equū est quadrato.f.g.ex diffinitione linee diuise 6m ꝓpor/ tionē habentem medium duoq3 extrema 7 ex prima ꝓte.16.sexti:igit̄ qō fit ex.b.d. in.f.g.est equale quadrato.f.g.ideoq3 ex prima sexti linea.b. d.ē equalis.f.g.7 q3 f.g.ē equalis.c.b.erit quoq3.c.b.equalis.b.d.7 latus decagoni qō oportebat ostē dere.

## Propositio .4.




Quadratū lateris pentagoni intra circulum descripti qua dratum que linee que illius pentagoni angulo subtendit̄ ambo hec quadrata pariter accepta quadrati medietatis diametri eiusdem circuli quincuplum esse pronuncio.

¶Sit in circulo.a.b.c.cuius centrū.d.inscriptus vnus pentagonus equilaterus cuius vnū latus sit.a.b.7 protrahaſ diameter.c.d.e. diuidens lineam a.b.7 eius arcū per equalia. Est igitur arcus.a.e.medietas quinte ptis circūferen tie illius circuli quare arcus.a.c.ē due quinte totius circūferentie: protrahanſ ita/ q3 due linee. a.e.7 .a.c. eritq3. a.e.latus decagoni equilateri eo q9 eius arcus est medietas quinte ptis circumferentie.linea vero.a.c.erit que subtendit̄ vni ex an/ gulis pentagoni predicti:eo q9 arcus.a.c.est due quinte partis circumferentie cir/ culi:dico itaq3 q9 quadrata duarum linearum.a.b.7.a.c.pariter accepta quincu/ plum sunt ad quadratum linee.d.e.est enim ex quarta secundi quadratum linee.c. e.quadruplum ad quadratum linee.d.e.Cum autem angulus. c.a.c. sit rectus ex prima parte.30.tertij.eruntq3 ex penultima primi quadrata duaꝝ linearum.c.a.7 a.e.quadruplum ad quadratum.d.e.igitur quadrata trium linearum.c.a.7.a.c.7 d.e.quincuplum sunt ad quadratum linee.d.e.7 quia ex decima tredecimi libri q/ dratum.a.b.est equale quadratis duarum linearum.a .e.7. d.e. sequitur vt qua/

drata duarum linearum.a.b.z.c.a.sint quincuplum ad quadratum.d.e. quod est propositum.

¶ Manifestum est ergo ꝙ quadratum lateris cubi atqꝫ quadratum lateris figure duodecim basium cum cubum z figurā duodecim basiū eadem spera circūscribit ambo quadrata pariter accepta quincuplum sunt quadrati medietatis diametri circuli qui circumscribit pentagonum eiusdem figure duodecim basium.

¶ Istud corelariū vere manifestum est:constat enim ex demonstratione.17.trede cimi libri ꝙ latus cubi subtenditur angulo pentagoni duodecedri cum cubū z o decedron vna eademqꝫ spera circūscribit:itaqꝫ p hanc quartam sine obice constat corelarium.ꝛc.

## Propositio .5.

PEntagonus figure duodecim basium triangulus qꝫ figure viginti basium quos eadē spera circumscribit vno eodemqꝫ circulo circumscribuntur.

¶ Sit spera cuius diameter.a.b.circūscribens duas solidos figuras videlicet duodecedron cuius vnus ex duodecim pentagonis sit. c.et ycocedron cuius vnus ex.20.triangulis sit.d.pentagono aūt.c.z trigono.d.super duo centra.d.z.c.circumscribanť duo circuli huic q̄dē .f.c.ex.14.q̄rti illi vero.f.d. ex.5.ciusdē:dico itaqꝫ ꝙ hi duo circuli sperayꝫ ꝓpositayꝫ quorum alter circūscribit pentagonū.c.alter vero trigonum.d.sunt equales.Signentur enim duo latera pentagoni.c.vnū ex suis angulis cōtinentia litteris.e. f.z.f.g.z protrahanť linea e.g.que subtendat angulum.f.z semidiameter circuli que sit.c.f.vnūqōqꝫ ex lateribus trigoni.d.signeť litteris.k.b.z protrabatur semidiameter sui circuli que sit.d. k.debinc sumať linea.l.m.ad quā sit linea.a.b.que ē diameter spere assignate quī cupla i potentia:q̄ quidē.l.m.diuidať i.n.ſm proportionē habentem medīū duoꝫ extrema sitqꝫ maior portio eius linea.l.n.z scōm quātitatē totius.l.m. lineetur circu'us.p.q.itaqꝫ semidiameter circuli.p.q.sit equalis lineę.l.m.eritqꝫ ex corelario.15.quarti linea.l.m.tanq̄ꝫ latus exagoni equilateri circulo.p.q. inscripti. iōqꝫ per tertiam huius linea.l.n.erit tanq̄ꝫ latus decagoni equilateri eidē circulo inscripti:igitur ex.11.quarti inscribať pentagonus equilaterus circulo.p.q. cuius vnum latus sit.p.q.eritqꝫ ex.10.tredecimi libri quadratū.p.q.equale quadratis duarum linearum.l.m.z.l.n.pariter acceptis.constat autem ex demonstratione.16.trede/cimi ꝙ.b.k.est equalis.p.q.ergo quadratum.b. k.est equale quadratis duarum linearuꝫ.l.m.z.l.n.piter acceptis.At vero ex demōstratiōe.17.ttedecimi.manifestū ē ꝙ.e.g.ē latus cubi ab eadē spera circūscriptibilis:q̄re p corel'.14.tredecimi.a.b. q̄ ē diameter spere potentialiter ē tripla ad.e.g.q̄ ē latus cubi.si aūt.e.g.diuidatur ſm ꝓportionē hītem mediū duoꝫ extrema pꝫ ex demonstratiōe.17.tredecimi ꝙ e.f.ē tanq̄ꝫ maior portio eius:igitur ex secunda huiꝰ.e.g.ad.l.m.sicut.e.f.ad. l.n. nam vt tota ad totam sic maior portio ad maiorem.itaqꝫ per.21.sexti quadratum e.g.ad quadratum.l.m.sicut quadratum.e.f.ad quadratū.l.n. q̄re p.13.quinti q̄/drata duarum linearum.e.g.z.e.f.pariter accepta ad quadrata duarum linearum l.m.z.l.n.piter accepta sicut quadratū.e.g.ad quadratū.l. m. ergo p.15.quinti:et






ꝑmutatā ꝓportionalitatez ⁊ equā triplum duorum quadratorum duarum lineaꝝ e.g.⁊ .e.f. ꝑiter acceptoꝝ ad q̄drata duarum linearum.l.m.⁊ .l.n. pariter accepta sicut triplū quadrati. e.g.ad quadratū.l.m.triplū aūt. e.g.quadrati est tāq̄z quadratū.a.b.ex correl'.14.tredecimi:at quadratū.a.b.ē per ypothesim quincuplū ad quadratū.l.m.ergo triplū quadrati.e.g.quincuplum quoq̄z ē quadrati.l.m.quare etiā triplum quadratoꝝ duaꝝ lineaꝝ.e.g.⁊.e.f.ꝑiter acceptoꝝ ē quincuplū ad quadrata duaꝝ lineaꝝ.l.m.⁊.l.n.ꝑiter accepta:⁊ q̄r ꝓbatū ē ꝙ quadratū.h. k.ē equale quadratis duaꝝ lineaꝝ.l.m.⁊.l.n.ꝑiter acceptis.sequit̄ ex cōi scia vt triplū quadratoꝝ.e.g.⁊.e.f.sit quincuplū ad quadratū.h.k.cōstat aūt ex.8.tredecimi ꝙ quincuplum quadrati. h.k.est quindecuplum ad quadratū.d. k.nam simplum est triplum.Et ex quarta hui⁹ cōstat ꝙ triplū quadratoꝝ.e.g.⁊.e. f.est quincuplū quadrati.e.f. nam simplū est quincuplū.itaq̄z quindecuplū quadrati.c.f.ē eq̄le quindecuplo quadrati.d.k.ideoq̄z per.15.quinti quadratū.c.f.est equale quadrato. d.k. quare etiā linea.c.f.ē equalis linee.d.k.ergo ex diffinitione circuloꝝ equaliū circulus circūscribens pentagonum.c.ē equalis circulo circumscribenti trigonū.d.quod erat ex principio demonstrādum.nam semidiametri horum circulorum sunt equales videlicet.c.f.⁊.d.k.




## Propositio .6.

Quadratū quoq̄z qd̄ est triangulū al' trigincuplū tetragoni qui sub perpendiculari ducta a centro circuli circūscribentis pentagonū figure duodecim basium ad latus pentagoni atq̄z sub latere ipsi⁹ pentagoni cōtinetur omnib⁹ superficieb⁹ corporis duodecim basiuz pariter acceptis esse equale ex necessitate conuincitur.

¶ Sit pentagonus.a.vna ex. 12.basibus figure duodecedri ⁊ vnū ex eius laterib⁹ sit.b.c.sibiq̄z ex.14.quarti circūscribat̄ circulus supra centꝝ.a.⁊ ꝓtrahant̄ linee.a. b.⁊.a c.⁊.a.d. ꝑpendicularis ad.b.c.dico ergo ꝙ trigincuplū eius qd̄ fit ex a.d.in b.c.est equale omnibus suꝑficiebus duodecedri ꝑiter acceptis.constat eni pentagonū.a.eē diuisibilē in quinq̄z triangulos equales triangulo.a.b.c.ex .8.p̄mi.itaq̄z omnes.12.pentagoni duodecedri cum oēs sint equales ⁊ sil'es pentagono. a.diuisibiles sunt in.60.triangulos quoꝝ quisq̄z ꝑ .8.primi ē equalis triangulo.a.b.c. Qd̄ autē sit ex.a.d.in.b.c.est duplum ꝑ 41.p̄mi:ad triangulū.a.b.c.ergo trigincuplum eius qd̄ fit ex.a.d.in.b.c.ē sexagincuplum ad triangulū.a.b.c.nā vt simplū ad simplum sic duplum ad duplum.Cum itaq̄z omnes duodecedri superficies pariter accepte sint etiā sexagincuplū ad triangulū.a.b.c.sequit̄ vt trigincuplū ei⁹ qd̄ fit ex.a.d.in.b.c.sit equale omnibus superficiebus duodecedri ꝑiter acceptis:qd̄ ē propositum.




## Propositio .7.

Quadratū quoq̄z qd̄ est triangulū al' trigincuplum tetragoni qui sub ꝑpendiculari ducta a centro circuli ad lat⁹ sibi inscripti trianguli figure viginti basiū atq̄z sub ipso latere trianguli continetur equale est omnibus superficiebus figure viginti basiū ꝑiter acceptis.¶ Esto eni hic trigonus.e.vna ex.20.basibus figure ycocedri ⁊ vnū ex eis laterib⁹ sit .f.g. sibiq̄z ex.5. quarti circumscribat̄ circulus super centꝝ.e.⁊ ꝓtrahant̄ linee.e.f.e.g.⁊.e. h.ꝑpendicularis ad.f.g. dico igit̄ ꝙ trigicuplū ei⁹ qd̄ fit ex.e.h.i.f.g.ē eq̄le oib⁹ suꝑficieb⁹ ycocedri ꝑiter acceptis.ꝯstat eni trigonū.e.eē diuisibilē i tres trigonos quoꝝ quilz

per octauā p̄mi ē equalis trigono.e.f.g itaq; oēs.20.trigoni ycocedri ꝑiter accepti cum cuncti sint equales similes trigono.e.sūt tanq̄ sexagincuplum trigoni.e.f.g. ⁊ qr per. 14.p̄mi qd̄ fit ex.e.h.in.f.g.est duplū trigoni.e.f.g.iōq; trigincuplū hui⁹ est equale sexagincuplo illi⁹:sequit̄ ut trigincuplū.e.h.in.e.f.sit equale oibus sup/ficiebus ycocedri ꝑiter acceptis qd̄ erat demōstrādū. ¶ Manifestū igitur ē q⁊ porportio superficierū figure duodecim basiū in aliqua spera ꝯtente ad sup̄ficies figure viginti basium in eadē spera cōcluse:ē tanq̄ ꝓpor tio tetragoni contenti sub latere pentagoni ipsius figure duodeci ba/siū ⁊ sub perpendiculari ducta a centro sui circuli ad ipsū latus penta goni:ad tetragonū contentū sub latere trianguli ipsius figure viginti basiū ⁊ perpendiculari ducta a centro sui circuli ad ipsū latus triangu li corporis viginti alchaidaꝝ. ¶ Qd̄ per illud correl'. ꝯcludit̄ veꝝ esse siue fi/gura.12.basiū ⁊ figura.20.basiū sint ab eadē spera circūscriptibiles vt ꝓponit̄:siue etiā fuerint circūscriptibiles a diuersis speris:ꝓponit̄ autē ꝓut hee figure sint cir/cūscriptibiles ab eadē spera qm̄ hoc modo valet ⁊ sufficit ad ꝓpositū. Ei⁹ ergo cō munis veritas sic pz.cōstat eni ex.6.hui⁹ ꝙ trigincuplū.a.d.in.b.c.equū ē oibus superficiebus duodecedri ꝑiter acceptis cuius pentagonus.a.est vna ex.12.sup̄fici ebus ⁊ ex hac.7. ꝯstat sil'r ꝙ trigincuplū.e.h.in.f.g.equū ē oibus sup̄ficieb⁹ ycoce dri ꝑiter acceptis cuius trigonus.e.est vna ex.20.basibus siue illud duodecedron ⁊ istud ycocedron eadē spera circūscribat siue diuerse.itaq; ꝓportio trigicupli. a.d in.b.c.ad omnes sup̄ficies illius duodecedri ꝑiter acceptas ē sicut trigincupli.e.h. in.f.g.ad omnes sup̄ficies ycocedri ꝑiter acceptas:vtrobiq; eni est ꝓportio equali tatis:quare permutatim trigincuplū.a.d.in.b.c.ad trigincuplū:e. h.in .f.g. sicut omnes superficies illi⁹ duodecedri ad omnes superficies huius ycocedri ⁊ per.15. quinti trigincupli ad trigincuplū ē sicut simpli ad simplū. Constat igit̄ ꝑ.11.quinti ꝙ ꝓportio omniū sup̄ficieꝝ illius duodecedri ad oēs sup̄ficies huius ycocedri ē ei⁹ quod fit ex.a.d.in.b.c.ad id qd̄ fit ex.e.h.in.f.g.⁊ hoc ē qd̄ ex correlario ꝓponit̄.

## Propositio .8.

Proportio cunctarū superficieꝝ corporis duodecim ba/sium ꝑiter acceptaꝝ ad cūctas sup̄ficies corꝑis viginti ba sium ꝑiter acceptas que ab vna spera ābo circūscribunt̄ est tanq̄ ꝓportio lateris cubi quē circūscribit eadē spe/ra ad latus trianguli ipsius corporis viginti basium.

¶ Ut ab huius.8. demōstratiōis libri.14.ꝓcessu ambiguitas oīs abscedat:istud prescire oportet. Qd̄ si aliq̄ linea ꝟm ꝓportionē habentē mediū duoq; extrema fu/erit diuisa ⁊ ex medietate eius tanq̄ dimidiū sue maioris portionis detrahat̄:ipsa quoq; medietas ꝟm ꝓportionē habentē mediū duoq; extrema diuisa erit ⁊ ei⁹ ma ior portio ē tanq̄ dimidiū maioris sue duple.verbi grā sit.a.b.diuisa ꝟm ꝓportio nē habentē mediū duoq; extrema in.c.⁊ maior eius portio sit.a.c.⁊ sit.d.e.tanq̄ dimidiū.a.b.⁊.d.f.tāq̄ dimidiū.a.c.dico ergo ꝙ.d.e.diuisa ē i.f.ꝟm ꝓportiōem hn̄tem mediuꝫ duoq; extrema ⁊ maior portio ei⁹ ē.d.f.ꝯstat eni ex.15.q̄nti ꝙ ꝓ/portio.a.b.ad.a.c.ē sicut.d.e.ad.d.f.vꝫ dupluꝫ ad dupluꝫ tāq̄ simplū ad simplū q̄re ꝑmutati.a.b.ad.d.e.sicut.a.c.ad.d.f.igit̄ ꝑ.19.q̄nti.c.b.ad.f.e. sicut.a.b.ad d.e.ē itaq;.c.b.dupla ad.f.e.sic eni ē.a.b.ad.d.e.cū igit̄ tota.e.b.sit dupla ad to/tā.d.e.⁊ sigl'e ꝑtes.a.b.ad sigl'as ꝑtes.d.e.q̄re ex.15.q̄nti ⁊.11.ei⁹dē ⁊ dione linee




diuise ꝺm ꝓportiõem hñtem mediũ duoꝝ extrema erit linea.d.e.diuisa i.f.quẽad modũ ꝓponit. Nũc igit̃ demõstrationi eiꝰqꝺ ꝓpositũ ẽ isistamꝰ. Ad cuiꝰexẽplũ sit a.b.c.circulꝰcuiꝰ centꝝ.d.circũscribẽs pentagonũ duodecedri ⁊ trigonũ ycocedri q̃ ambo piter cadẽ spera circũscribit ⁊ ꝓcludit.nã ex.5.huiꝰmanifestũ ẽ ꝙ idẽ circulꝰ huius pentagonũ ⁊ illiꝰ trigonũ circũscribit.sit aũt linea.a.b.latus pentagoni ⁊ linea.a.c.trigoni.sitꝝ linea.b.tanq̃ latus cubi ab cadẽ spera circũscripti: dico itaq̃ ꝙ ꝓportio omniũ supficieꝝ duodecedri piter acceptaꝝ ad oẽs supficies ycocedri piter acceptas ẽ sicut linea.b.ad lineã.a.c. ꝓducaꝫ quidẽ a centro.d.ꝑpendicularis ad.a.b.que transeat vsq̃ ad circũferentiã secans.a.b.in puncto.c.⁊ arcũ eiꝰ i puncto.f.hanc autẽ ꝑpendicularẽ ꝓstat diuidere ꝑ equalia tã lineã.a.b. q̃ꝫ eius arcum chordã quidẽ.a.b.ꝑ scõam ptẽ tertie tertiꝫ:arcũ vero eiꝰ ꝑ quartã ꝑmi ⁊.27.tertij.ẽ igit̃ arcus.f.a decima ꝑs circũferentie.subtendaꝫ itaq̃ sibi chorda.a.f.q̃ erit latus decagoni equilateri eiusdẽ circuli.erit igit̃ ex .9.tredecimi linea constans ex.d.f.f.a diuisa ꝺm ꝓportionẽ habentẽ mediũ duoꝝ extrema.⁊ maiꝛ portio eius erit linea d.f.At vero ex prima huius.d.e.ẽ equalis dimidio.d.f.dimidioꝝ.f.a.i longũ dirrectũq̃ cõiunctis.Sit igit̃.d.g.ꝑpendicularis ad.a.c.eritq̃ ex corelario.8.tredecimi:g.d.tanq̃ dimidiũ.d.f.itaq̃ si a linea.d.e.q̃ est tanq̃ dimidiũ.d.f.a.cũ.d.f ⁊.f.a.sit linea vna:detrahaꝫ eq̃lis.d.g.q̃ ẽ tanq̃ dimidiũ.d.f.erit ꝑ illud qꝺ ante hoc ꝓbatũ ẽ linea.d.e.diuisa ꝺm ꝓportionẽ habentẽ mediũ duoꝝ extrema et maiꝛ portio erit tanq̃.g.d.ex demõstratione aũt.17.tredecimi cõstat ꝙ si linea b.q̃ ẽ latus cubi diuidaꝫ ꝺm ꝓportionẽ habẽtẽ mediũ duoꝝ extrema maiꝛ portio eius erit tanq̃.a.b.q̃ ẽ latus pentagoni figure.12.basiũ. itaq̃ per scõam huiꝰ ꝓportio.b.ad.a.b.est sicut.d.e.ad.g.d.quare ꝑ primã ptẽ.15.sexti: qꝺ ꝓuenit ex b.in.g.d.equũ ẽ ei qꝺ fit ex.a.b.in.d.e.Ex corelario aũt premisse manifestum est ꝙ ꝓportio omniũ supficieꝝ duodecedri cuius latus.a.b.piter acceptaꝝ ad oẽs superficies ycocedri cuius latus.a.c.pariter acceptas ẽ sicut eius qꝺ fit ex.a.b.in.d.e ad illud qꝺ fit ex.a.c.in.g.d.igit̃ ex prima pte.7.quinti ⁊.11.eiusdẽ ꝓportio eiꝰ qꝺ ꝓuenit ex.b.in.g.d.ad illud qꝺ ꝓuenit ex.a.c.in.g.d.ẽ sicut omniũ superficieruꝫ illiꝰ duodecedri ad oẽs huius ycocedri.At vero eius qꝺ ꝓuenit ex.b.in.g.d.ad illꝺ qꝺ ꝓuenit ex.a.c.in.g.d.ẽ ꝑ primam sexti sicut.b.ad.a.c.itaq̃ ꝑ.11.quinti ꝓportio omniũ supficieꝝ illius duodecedri ad oẽs huius ycocedri ẽ sicut .b.ad.a.c. quod ẽ ꝓpositũ.Hoc ipsũ aliter ꝓbare poterimꝰ.si ad ipsũ huius antecedens necessarium ꝑmiserimꝰ quod est.¶ Si circulo cuilibet pentagonus equilaterus inscribatur rectangulũ ꝙ sub dodrante diametri ipsius circuli et sub dextante ipsius linee angulũ ipsius pentagoni subtendentis continetur eidẽ pentagono equũ eẽ ex necessitate oportet.¶ Maiores nostri vnũqꝺq̃ integꝝ in. 12.ꝑtes eq̃les intellectu ⁊ rõne diuiserũt oẽsq̃ eas sic.hoc ẽ ipm totũ assem:vocaueruut vndecim vero eaꝝ dixerũt deunce.dece aũt dextantes. noue dodrante.octo vero bisse.at septũce septãte vel quicũce.sex aũt semis:quiq̃ quinquince.q̃tuor triente.tres aũt q̃drãte.duas vero sextãte.vnã aũt appellauerũt vnciã easq̃ ꝑ ordinẽ talibꝰ designauere figuris q̃ sepissime iuueniũt i antiq̃s libris

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| As | Deunx | Dextans | Dodrans | Bisse | Septunx |
| Semis | Quantunx | Triens | Quadrãs | Sextans | Uncia |

¶ Vncia quoq; quã duodecimã ptẽ assis fore dixim⁹ i alias rursꝰ.12.fractiões. Sz alia via diuiserũt.nã medietatẽ vncie dixerũt semivnciã.tertiã vero duellã.quartã sicilicũ.sextã sexculã.octauã dragmã.duodecimã semissiclam.decimãoctauã tremissem.vigesimã quartã scrupulũ.quadragesimã octauã obulũ. septuagesimã secũdã bissiliquã .nonagesimã sextã ceracẽ. Vltima vero q̃ ẽ centesima quadragesima q̃rta ps ipius vncie siliquã nominauerũt. His aũt.12.fractionibus vncie posteriores adiunxere calcũ. Est aũt calcus centesima nonagesima scõa ps vncie: cuiꝰ additionis cã fuit vt vsq; ad minimũ extremũ diatesseron z diapente symphoniaz tonoz semitonorũq; interuallis distinctaz hax fractionũ denoiatio cõscẽderet vl cõtenderet z ipsas omnes ẽm ordinẽ talibus annotauere figuris.

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Semũncia | | Duella | | Sicilicꝰ | | Sexcula | | Dragma | | Emiffcela | |
| ℒ | 2̄ | ℳ | 3̄ | 9 | 4̄ | ℭ | 6̄ | ℋ | 8̄ | ℙ | 12̄ |

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Tremissis | | Scrupulus | | Obulus | | Bissiliqua | | Cerates | | Siliqua | | Calcus |
| ℍ | 18̄ | ℱ | 24̄ | ÷ | 48̄ | ℳ | 72̄ | ℤ | 96̄ | ℏ | 144̄ | ℒ | 192̄ |

¶ Eius ergo qõ dicit: sensꝰ ẽ: q̃ si in aliquo circulo pentagonꝰ eqlateris inscribat illud qõ fit ex tribꝰ q̃rtis diametri circuli i quinq; sextas linee subtẽdẽtis vnũ ex angulis inscripti pentagoni eq̃le ẽ pentagono. verbi grã. Sit circ'us.a.b.c. sup cẽtz.d eiq; ex.11.q̃rti inscribat pentagonꝰ equilaterꝰ cuiꝰ duo latera vnũ ex suis angulis ptinẽtia sint.a.b.z.b.c.z anglꝰ.b.subtendat linea.a.c.z ptrahat diameter.b.d.e secãs lineã.a.c.p eq̃lia in puncto.g. sitq;.d.f. medietas.d.e .z.g. b.dupla ad.b.c. eritq;.b.f. dodrãs diametri: ẽ eni tres q̃rte ipsi⁹ z.a.b. erit dextãs vel sextãs.a.c.ẽ eni:.5.sexte eius: ptrahat aũt linea.a.d: dico q̃ illud qõ puenit ex.b.f.in.a.b.ẽ e/q̃le pẽtagono inscripto circulo. cũ eni.a.g. sit ppendicularis ad.b.d. erit ex.41.pmi z illud qõ puenit ex.b.d.in.a.g. duplũ ẽ ad triangulũ.a.b.d. iõq; qõ puenit ex.b.f.in.a.g. triplũ erit ad eundez triangulũ z qõ puenit ex.b.f.in.b.g. duplũ z ex.b.f.in totã.a.b. quincuplũ. cũ itaq; totus pentagonꝰ quintuplꝰ sit ad cũdẽ triangl'm cõstat q̃ istud qõ fit ex.b.f.in.a.b.ẽ eq̃le pentagono z illud erat demõstrãdũ. Qõ igit ex pncipio ppositũ ẽ nunc alia via sicut pmisimꝰ demõstremꝰ. sint itaq; circulo cuiꝰ centz.b. inscripti pentagonꝰ figure.12.basiũ z trigonꝰ figure.20.basiuz q̃s eadem spera circũscribit. Constat eni ex.5.buiꝰ q̃ buiꝰ duodecedri pentagonꝰ z illius ycocedri trigonꝰ ab eodẽ circulo circũducent. sitq; pentagonꝰ.a.b.c.d.e. z trigonus.a.f.g.z angulo.a.pentagoni subtendat linea.b.e.q̃ ex demõstratione.17. tredecimi erit latꝰ cubi quẽ eadẽ spera cõcludit: ptrahat itaq; diameter.a.b .k.secans orthogonaliter z p equalia vtrãq; duaz lineaz.b.c.z.f.g. hãc q̃dẽ i puncto.l illã vero in pũcto.m. dico g̃ q̃ pportio oiuz superficiez duodecedri ad oẽs ycocedri quoz pentagonꝰ z trigonus ppositio circulo sint inscripti ẽ sicut linee.b.e. que est latus cubi ab eadẽ spera conclusi ad lineam.f.g. que est latus trigoni ycocedri. constat enim ex corolario octaue tredecimi q̃ linea.b.m.ẽ dimidiũ linee.a.b. iõq;.a.m. erit dodrans diametri.a.k.ẽ eni eius tres quarte. sit ergo. l.n. dupla ad. n.e. eritq; .b.n. dextans.b.c. est eni quinta ciꝰ sexte. itaq; per pmissũ añs qõ prouenit ex.a.m.in.b.n. erit equale pentagono.a.b.c.d.e. qõ autẽ puenit ex.a. m.in.m.f.ẽ equale triangulo.a.f.g. igit ex prima sexti pportio pentagoni ad trigonũ est sicut b.n.ad.m.f. quare duo decupli illius pentagoni ad vigincuplũ istius trigoni sint duodecupli linee.b.n.ad vigincuplum linee.m.f.qõ ex.15.quinti z equa proportionalitate manifestum est duodecuplum autẽ.b.n.ẽ tanq; decuplum. b.c.nã.12.



dextātes coequāt.x.asses hoc est.x.tota: vigincuplū vero.m.f.ē tanq̄z decuplū.f.g nam.f.g. est dupla ad.m.f.igit̄ duo decupli istius pentagoni ad vigincuplū istius trigoni est sicut decupli.b.e.ad decuplū.f.g.z q; duodecuplū illi⁹ pentagoni ē oēs superficies duodecedri: vigincupl ī autē huius trigoni est omnes supficies ycocedri z quia per.15.quinti decupli.b.e.ad decuplū.f.g.sicut.b.e.simple ad.f.g.simplam erit per.11.quinti ꝓportio omniū superficiex duodecedri pariter acceptax ad oēs superficies ycocedri pariter acceptas sicut.b.e.ad.f.g.Et hoc ē quod oportuit nos demonstrare.

## Propositio .9.

Diuisa q̄libet linea scd̄m ꝓportionē habētē mediū duoq3 extrema erit ꝓportio linee potētis supra totā lineā ei⁹q3 maiorē portionē ad lineā potētē supra totā eiusdēq3 minorē portionē tāq3 ꝓportio lateris cubi ad lat⁹ triāguli corpis viginti basiū vna cū cubo ipso ī eadē spera ptenti.




Sit linea.a.b.diuisa scd̄m proportionē habentē mediū duoq3 extrema z maior portio eius sit linea.a.c.z super centx.a.fm quantitatē lince.a.b. describaī circul⁹ d.b.e.eiq3 inscribaī ex.11.quarti pentagonus equilaterus cuius vnū latus sit. d.e. z ex secunda eiusdem triangulus equilaterus cuius vnum latus sit. d.f.z vni ex angulis pentagoni qui sit.d.subtendatur linea.e.g.Constat igit̄ ex.5. hui⁹ q; spera circūscribens duodecēdron cuius pentagoni latus est.d.e .circūscribit sil̄ ycocedron cuius trianguli latus ē.d.f.z ex demōstratione.17.tredecimi manifestum ē q; eadem spera circumscribit cubum cuius latus est.e.g.sumaī ergo linea.b.potēs super totam.a.b.z eius maiorem portionem .a.c.z sumaī.k.potens super totam a.b.z minorē eius portionem .b.c.dico itaq3 q; ꝓportio.e.g.ad.d.f. hoc ē lateris cubi ad latus trianguli ycocedri vna cū ipso cubo ab ipsa spera contenti:ē sicut.h. ad.k.cōstat q̄dē qō ex corelario.15.q̄rti q;.a.b.ē tanq̄z lat⁹ exagoni equilateri circulo.b.d.e.inscripti:igit̄ ex tertia huius.a.c.est tāq3 latus decagoni eiusdē circuli itaq3 per.10.13.d.e.potens ē super totā.a.b.z eius maiorē portionē.a.c.quare.d. c.est equalis.b.nā quadratum vtriusq3 earum tantū est quantū quadrata duax lineax.a.b.z.a.c.piter accepta: p3 autē ex octaua.13.q;.d.f.est tripla potentialiter ad.a.b.At vero ex.5. eiusdē patet q;.k.quoq3 tripla est potentialiter ad.a.c. ergo ex secunda parte.21. sexti ꝓportio.d.f.ad.a.b.ē sicut.k.ad.a.c.quare ꝑmutati.d. f.ad.k.sicut.a.b.ad.a.c.z quia ex demonstratione.17.tredecimi manifestū ē q; si e.g.diuidaī fm ꝓportionē habētē mediū duoq3 extrema maior portio eius erit tā q̄3 .d.e.erit p scōam huius ꝓportio .e.g.ad.d.e.sicut.a.b.ad.a.c. q̄re p.11.quinti erit quoq3 .e.g.ad.d.e.sicut.d.f.ad.k.z ꝑmutatim.e.g.ad.d.f.sicut.d.e.ad.k. Et q; per primā ptē.7. quinti.d.e.ad.k.sicut.b.ad.k.co q;.d.e.z.b.sunt equales erit per.11.quinti.e.g.ad.d.f.sicut.b.ad.k.qō est propositū. Nō solū aūt est ꝓportio e.g.lateris cubi ad.d.f.latus trianguli ycocedri sicut.b.ad.k. imo simpliciter sicut quarumlibet duarum linearum vnius ad alterā:quarum altera potest sup totā quā libet lineam diuisam fm proportionem habentem medium duoq3 extrema z sup eius maiorem portionē:altera vero super totam z eius minorem portionē.nā singulax linearum taliū ē ꝓportio vna:verbi gratia.manēt priores ypotheses circa lineas.a.b.b.z.k. z sumatur quoq3 quelibet alia linea q̄ sit.l.m. diuisa fm proportionē habētem medium duoq3 extrema in.n.z portio maior sit.l.n.sitq3 linea. p. potens super totam.l.m. z eius maiorem portionem.l.n. z linea.q.sit potens

ſuper totam.l.m.ꝛ eius minorẽ portionẽ.m.n.dico ergo ꝙ ꝓportio.p.ad.q.eſt ſi cut.b.ad.k.cõſtat enī ex ſcõa huiꝰ ꝙ.b a.ad.a.c.ẽ ſicut.l.m.ad.l.n.ergo ꝑ ꝑmam ptẽ.21.ſexti quadrati.b.a.ad quadratũ.a. c.ẽ ſicut q̃drati.m. l.ad quadratũ. n.l. quare coniunctim quadrati.b.ad quadratũ.a.c.ſicut quadrati.p.ad quadratũ.l.n ꝛ permutatim quadrati.b.ad quadratũ.p.ſicut quadrati.a.c.ad quadratum.l.n. Eodẽ argumẽtationis genere ſequiꝫ ꝙ ꝓportio quadrati.k.ad quadratũ.q .eſt ſi cut quadrati.c.b.ad quadratũ.n m.ꝛ qꝛ ex ſcõa huius exprima ptẽ.21.ſexti qua/ dratũ.a.c.ad quadratũ.l.n.ſicut quadratũ.c.b .ad quadratũ.m.n.erit ex.11.quīti quadratũ.b.ad quadratũ.p.ſicut quadratũ.k.ad quadratũ.q.quare ꝑ ſcõam ptẽ 21.ſexti.b.ad.p.ſicut.k.ad.q.Et ꝑmutatim.b.ad.k.ſicut.p.ad.q.qõ erat demon/ ſtrandũ.ꝛ ne quiſq̃ dubitationis locus ea que demõſtrãda reſtant obfuſcet :prę/ mittenda adhuc arbitramur quedã quibus ſequẽtia firmo demõſtratiõis roboꝛe incõcuſſa permaneant.

¶Si aliqua plana ſuperficies ſperam quãlibet ſecet cõis differentia plane ſuperficiei ſecantis ꝛ curue ſuperficiei ſpere erit circumferentia continens circulum.

¶Sit igiꝫ aliqua plana ſupficies ſecans ſperam ꝛ ſit linea.a.b.cõis ſectio ſupficiei ſecantis ꝛ ſupficiei ſpere.dico ꝙ linea.a.b.eſt circũferentia circuli.aut enī centrum ſpere eſt in plana ſupficie ſecante.aut extra.Qõ ſi fuerit in ea ponaꝫ vbicunq; ꝓti gerit ꝛ ſit.c.Quia ergo tota linea.a.b.ẽ in ſupficie ſpere ꝛ qꝛ omnes lince ducte a centro ſpere ad ipſius circũferentiã ſunt equales quẽadmodũ conſtat ex diffinitio ne ſpere.ſequitur vt omnes linee ducte a puncto.c.ad lineã.a.b.ſint equales.ẽ igiꝫ ex diffinitione circuli ſuperficies quã continet linea.a.b.circulus ꝛ eius centꝝ ẽ .c. videlicet idẽ ꝙ centꝝ ſpere.ſi aũt centrũ ſpere fuerit extra ſuperficiẽ ſecantẽ: pona tur ergo vbilibet qõ ſit.d.a quo ꝑ doctrinã. 11.vndecimi ducaꝫ linea.d.c.perpen/ dicularis ad ſupficiẽ ſecantẽ ꝛ ꝓtrahanꝫ ab eodẽ centro.d.duc linee recte qũocũq; contingat ad lineã.a.b.que ſint.d.a.ꝛ.d.b.ꝛ iungaꝫ.c.cũ .a.ꝛ cũ.b.eruntq; due li nee.d.a.ꝛ.d.b equales eo ꝙ ipſe ſunt a centro ſpere ad ſuperficiem eius:ex diffi/ nitione autẽ linee perpendicularis ad ſuperficiẽ.manifeſtũ eſt ꝙ anguli.d.c.a.ꝛ.d c.b.ſũt recti:ideoq; ex penulꝫ.primi ꝛ iſta cõi ſcia:que equalibus ſũt equalia iter ſe ſunt equalia:erunt quadrata duaꝝ lineaꝝ.c.d.ꝛ.c.a.pariter accepta equalia qua/ dratis duaꝝ lineaꝝ.d.c.ꝛ.c.b.pariter acceptis :dempto itaq; vtriuq; quadrato.d c.erit quadratũ.c.a.equale q̃drato.c b.quare ꝛ linea .c.a.linee.c.b. Eodẽ argumẽ tationis genere neceſſe eſt omnes lincas ductas a puncto .c.ad lineã.a.b.eẽ eq̃les ergo ex diffinitione circuli ſupficies quã continet linea.a.b.eſt circulꝰ ꝛ eiꝰ centruꝫ eſt.c.quod eſt propoſitum.

¶Ex hoc itaq; manifeſtum eſt ꝙ cum ſuperficies ſecat ſperam ſuper centrum eius ſectoꝛ ꝓueniens in ſuperficie ſpere eſt linea continens circulum cuius centrum eſt centrum ſpere.Cum autem ſuperficies ſe cat ſperam non ſuper centrum eius ſectoꝛ quoq; ꝓueniens ī ſuper ficie ſpere eſt linea continẽs circulũ cuius centꝝ ẽ punctus ille in quo incidit ꝓpendicularis ducta a centro ſpere ad ſuperficiem ſecantem.

¶Amplius autem dico ꝙ

¶Si in ſpera aliqua fuerint circuli equales ꝓpendiculares ducte a cẽ tro ſpere ad ſupficies illoꝝ circuloꝝ erunt adinuicem equales.






¶Sint i ſpera cuius centꝝ .a.ſignatꝫ duo circuli.b.ꝛ.c.equales ad quoꝝ ſupficies ꝓtrahanꝫ a centro ſpere videlicet a puncto.a.perpendiculares ꝟm qꝫ docet.11.vn decimi:ad hunc quidē.a.b.ad illū autē.a.c.dico qꝫ due linee .a.b.ꝛ.a.c.ſūt equa/les:ꝓtrahanꝫ enī a punctis.b.ꝛ.c.ſingule linee recte ad circūferentias illoꝝ circu/loꝝ ꝓut libuerit:in hoc quidem.b.d.in illo aūt.c.e.ꝛ iungaꝫ.a.cū.d.ꝛ cum.e. erit qꝫ ex diffinitione linee ſupra ſuperficiē ꝓpendiculariter ſtantis vtriqꝫ duoꝝ angu loꝝ.a.b.d.a.c.e.rectus.At vero ex ſcōa ꝑte ꝑmiſſi corelarij. ¶Manifeſtū ē qꝫ duo puncta.b.ꝛ.c.ſunt centra circuloꝝ.b.c.ideoqꝫ due linee.b.d. ꝛ.c.e. ſunt ſemidia/metri coꝝ:qui circuli cū ponanꝫ equales ſequiꝫ ex diffinitione equaliū circuloꝝ bas ſemidiametros eſſe equales:ꝛ quia due linee.a.d.ꝛ.a.c.ſunt equales qꝫ ſunt ducte a centro ſpere ad eius ſupficiē:erunt ex penulꝫ.primi due ꝓpendiculares.a.b.ꝛ.a.c equales qō oportebat demonſtrare. Nunc igitur ad propoſitum redeamus.

## ¶Propoſitio .10.

¶Proportio corporis duodecedri ad corpꝰ ycocedri qꝫ am bo vna eadēqꝫ ſpera ĩcludit:eſt ſicut omniū ſuperficierū eius ꝓiter acceptaꝝ ad oēs ſupficies illius ꝓiter acceptas ¶hoc eſt qō ſuperius poſt demonſtrationē prime huius auctorita te Ariſtei ꝛ apollonij cōmemorauimus cuiꝰ demonſtratio ex his qꝫ/premiſſa ſunt euidenter elicitꝫ. Ex quinta quidē huius manifeſtū ē qꝫ circuli quorꝝ alter circūſcribit pentagonū duodecedri:reliquꝰ vero trigonū ycocedri que ambo corpora ſpera vna cohercet ſunt adinuicem equales:itaqꝫ erunt perpendiculares a centro ſpere ad ſuperficies omnium circuloꝝ circūſcribentium pentagonos bu/ius duodecedri ꝛ trigonos illiꝰ ycocedri i coꝝ centra cadentes adinuicem equales ſicut ex premiſſis manifeſtū ē nam omnes hi circuli teſte .5.huius ſicut dictū ē eq̄/les ſunt ſibi adinuicē piramides:igitur quaꝝ ſunt baſes pentagoni duodecedri co ni autē eaꝝ ſunt centꝝ ſpere atqꝫ piramides quaꝝ baſes ſūt trigoni ycocedri: ꝛ co ni eaꝝ ſimiliter centrū ſpere ſunt eque alte cunctaꝝ quidē piramidū altitudinē mē ſurant vel determinant a conis ad baſes ꝓpendiculares cadentes:piramides autē eque altas ſuis baſibus ꝓportionales eſſe oportet quēadmodum in.6. duodecimi probatū eſt:itaqꝫ proportio piramidis cuius baſis pentagonus duodecedri ad pi ramidē cuius baſis trigoni ycocedri ē ſicut iſtius pentagoni ad hunc trigonū.iōqꝫ per.24.quinti ꝓportio duodecupli illius piramidis cuius baſis pentagonus duo decedri ad piramidē cuius baſis trigonus ycocedri ſicut duodecupli illius pentago ni ad hunc trigonū.hec aūt.12.piramides quaꝝ ſunt baſes.12.pentagoni duode/cedri ſunt tanq̄ꝫ totū corpus ipſius duodecedri.At.12.pentagoni tanq̄ꝫ oēs ſuper ficies eius:itaqꝫ ꝓportio corporis duodecedri ad piramidē cuius baſis eſt trigo/nus ycocedri ē ſicut ꝓportio omniū ſupficieꝝ.duodecedri ad trigonū ycocedri.qua re rurſus ex.24.quinti ꝓportio corporis duodecedri ad vigincuplū illius pirami/dis cuius baſis eſt trigonus ycocedri ē ſicut omniū ſupficieꝝ duodecedri ad vigin cuplū trigoni ycocedri.cū igitꝫ vigincuplū huius piramidis ſit tanq̄ꝫ totū corpꝰ yco cedri ad vigincuplū iſtius trigoni tanq̄ꝫ omnes ſuperficies ipſiꝰ ycocedri erit ꝓ/portio corporis duodecedri ad corpus ycocedri que ambo vna cadēqꝫ ſpera con/cludit ſicut ꝓportio omniū ſupficieꝝ corpis duodecedri ꝓiter acceptaꝝ ad omnes ſuperficies corporis ycocedri ꝓiter acceptas. hoc aūt eſt predictoꝝ philoſophorum de proportione hoꝝ duoꝝ corporꝝ ſententia fixa ſolidaqꝫ demōſtratiōe roborata.

